18 *Mortuus ſine baptiſmo,an debeat in eccleſia ſepeliri.*
19 *Baptizatus in parte corporis,an dicatur baptizatus.*
20 *Statutum ſi puniret interficientem hominem,ille qui interficeret hominem in vtero,vel nondum natum, an incideret in pœnam ſtatuti.*
21 *Nat⁹ in decimo vel vndecimo menſe an dicatur part⁹ naturalis.*
22 *Filiatio qualiter probetur,& teſtes qualiter debeãt deponere.*
23 *Mulier fuit alicuius cõcubina:& cum eſſet prægnãs, matrimoniũ contrahit cum concubinario ſuo,& peperit intra mẽſem partum. An partus ſit naturalis,vt poſsit ſuccedere matri,& eius bona trãſmittere.*
24 *Mulier ſi habet lac in mammillis ante contractum matrimonium,præſumitur cognita & prægnans.*
25 *Partus an ſit naturalis,abortiuus,an legitimus,quomodo poſsit cognoſci.*

POr euitar. Partus dicitur naturalis,ſi totus natus eſt viuus,& viuit ad minus.24.horas naturales.eſtq; baptizatus ante ipſius obitum. His tamen deficientibus: vel quia non fuit baptizatus, partus dicitur abortiuus. nec ſuccedit parentibus nec aſcendentibus.& ſi per abſentiam mariti appa ret natum etiam tempore,quo viuere non poterat, licet in partu concurrãt ſuperi⁹ dicta.partus nõ iu dicatur naturalis. Hoc dicit. ⁋ Diuiditur iſta lex in duas partes. In prima ponitur regula, ꝑ quã datur ĩtelligi,qñ part⁹ dicat̃ naturalis. In ſecũda ponitur q̃dam fallentia ad regulã. Secũda ibi, pero ſi por el auſencia.&c. ❡ Et not.ex prima pte tria,q̃ requirũ
1 tur,vt ptus dicatur naturalis. ⁋ Primò,quòd † viu⁹ natus ſit totus. ⁋ Secundò,ꝙ viuat ad min⁹.24. horas naturales. ⁋ Tertiò,ꝙ viuus ſit baptizatus. Quę oĩa requiruntur ad eſſe partus naturalis:& vno ceſſante,partus dicitur abortiu⁹,vt hic.& facit in argumento.tex.in.l.ſi hęredi.& ibi Bar.ff.de cõdi.inſti.&.l.1.ff.de iuſti.& iure.vbi dicitur,ꝙ copula facit, vt regulariter requiratur vtrũq; copulatũ ad veritatẽ ſui:ſed iſta lex vtitur inter iſta tria hac copulatiua.&.q̃ dictio copulat.vt.l.hæredi.§.gaio.ff.de fun. inſtr.&.l.qđ ſeruus.ff.de iniu.igitur.&c. ❡ Nota
2 etiã ex ſecunda pte,ꝙ † licet in partu cõcurrãt qualitates ſupradictę partus nõ dicitur naturalis,ſi per abſentiã viri,vel per tempus,in quo matrimonium fuit cõtractũ,poteſt ꝑbari partũ nõ naturalẽ. ⁋ Ex quo infertur,ꝙ part⁹ ꝓſumptiuè ꝓbatur naturalis: probando,ꝙ natus eſt viuus per.24.horas naturales:& ꝙ fuit baptizatus.&. Nec eſt vera probatio: ex quo per abſentiam viri,vel per tẽpus matrimonij põt probari contrarium,& iſta præſumptio æquiualet primæ preſumptioni. vt patet in tex.& infra dicetur. *Infertur*

c ❡ Muchas dudas. vt eſt proteſtatum in procemio ſupra.
d ❡ Suelẽ occurrir. quia ad ea, q̃ frequenti⁹ accidunt,adaptantur iura.vt.l.nã ad ea.&.l.ex his.ff.de legi.&.c.literas.vbi gl.de ſponſa impube.ſup caſibus verò rarò contingentibus, lex non eſt dictãda: ſi tñ reperitur facta,nõ debet adaptari ad caſus rarò cõtingentes. ⁋ Qđ fallit interdum,ꝙ lex reperitur facta ſuper caſib⁹ rarò contingentibus,vt.l.antiqui.ff.ſi pars hæredi.peta.&.l.ſi maior.C.de legi. hęredi. ⁋ Hinc dicimus, ꝙ pręſumptiones legum non extenduntur ad caſus rarò contingentes.vt puta. lex pręſumit aliquẽ viuũ: niſi ꝓbetur mortuus: &.qui dicit aliquẽ mortuum, ei incũbit onus probandi.l.2.ff.quẽad.teſta.ape.ſed ſi ego dico aliquẽ mortuum:quẽ cõſtat fuiſſe natũ iam ſunt centũ anni,quod poteſt conſtare,ſi hodie viuit fili⁹, qui ſit centum annorũ:ꝙ mihi incũbit onus probãdi mortẽ.quia poteſt contingere, ꝙ quis viuat vltra centũ annos.nam multi reperiuntur viuere de cẽtum & viginti.quia hoc rarò cõtigit, lex nõ præſumit ipſũ viuere. Itaq; præſũptio,đ qua in.d.l.2. ad hũc caſũ ſe non extendit.vt.d.l.nam ad ea.vbi glo.ff.de legi.
e ❡ Naturalmẽte naſcidos. Aduerte, quia de iure imperatorũ ille dicitur natus naturaliter, q viuus natus eſt:licet vocẽ non emittat,dummodo non declinet ad monſtrum,vel prodigiũ.l.vxoris abortũ cum ſequenti.C.de poſthu.hære.inſti.vel ex hęre. etiã ſi de ventre fuit exceptus,dũmodo fuerit animal,i.cum aĩa rationali natũ;licet cum diminutione corporis.vt.l.qđ dicitur.ff.de libe.& poſthu. ⁋ Aliter ius canonicũ diſponit.ſ.ꝙ ille dicitur part⁹ naturalis,q viu⁹ nat⁹ fuit baptizat⁹.vt.c. nam & ego.đ verbo.ſigni.iſtud etiã voluit.l.3.ti.dłas herẽ

ſo.le.¶ Aliter verò dicitur foro iuzgo.l.19.ti.delos hęre.li.4.ſ.ꝙ is dicitur naturaliter natus, q nat⁹ viuit ꝑ tēpus.10.dierū,& fuit baptizat⁹.¶ Sed noſter iuriſcōſultus cōſiderās, ꝙ part⁹ nō naturalis pōt naſci tot⁹ integer, baptizari, & viuere ꝑ quatuor vel quinque horas: requi rit vtrūq;.ſ.ꝙ tot⁹ natus ſit ꝑtus, & viuus, & baptizatus viuat 24.horas à die ort⁹ ſui &c.Et ꝙ ꝑtus ſit nat⁹

rezié naſcidos ſobre ſi ſō naturalmēte naſcidos o ſi ſō aborti-

ſine coactione obſtetricis:vel ex cęſo matris vētre, non eſt vis vt.d.l.qđ dicitur.& ibi ſcribē. Itē quia iſte caſus eſt omiſſus à lege iſta, vi detur ꝙ in eo nō eſt vis.vt ꝑ glo.& ibi Io. And.in.c. ſuſceptū. de reſcriptis li.6.Bar.late in.l.gallus.ſ.& quid ſi tantum.

Nota. ff.de libe.& poſthu. ¶ Et nota,ꝙ per iſtā legē corrigitur principalis concluſio iuris ciuilis imperatorū,in qua ferè oēs leges,gloſſę,doctoreſq; cōcludūt,ꝙ natiōe poſthumi rūpitur teſtamētū ipſo iure, licet natus in cōtinenti decedat.vt.l.1.2.&.3. C. de poſthu.hære.inſti.vel exhęre.&.ſ.poſthumi.in ſti.de exhęre.libe.&.ſ.1.inſti.quibus mo. teſta.infir.& in Spe.de inſtru.edic.ſ.cōpēdioſe.ver. pone quidam fecit teſtamentum.per Bal.in.l.2.ver. prętera.C.de libe.prę.vel exhęre.Hodie tā nō ſic:ſed cum naſcitur viuus tot⁹,integer,nō moſtrū, & fuit baptizat⁹.&c.tunc enim ſuccedit,& tranſmittit. vt hic &.l.3.ti.dela heren.fo legum. Corrigit

f ¶ Naſcio viuo.quia natus mortuus, non dicitur natus.l.qui mortuus.ff.de verbo.ſigni,&.d.l.2. C. de poſthu.hęre.inſti.vel exhæ.& . d. ſ. poſthumi. inſti.de exhęre.libe.glo.in.l.poſthumo. C. de eql'latio.glo.1. ¶ Et nota,ꝙ natus dicitur viuus, etiā ſi vocē non emittat:dum tn̄ eum appareat eſſe viuū, l.quod certatum.& ibi Bar.& Bal.C.de poſthu.hęredi.inſti.vel exhęre.& .l.quod dicitur.eodē. ti. ff. &.l.pe.in fine.vbi bonus textus.C.eo.ti. & ſufficit ꝙ poſſit diſcerni qualitercūq; partū eſſe viuū, licet vocem nonemittat.vt per Bar.& doctores in.d.l.quod dicitur. ¶ Et ex hoc notat Bal in.d.l.e.pe.ꝙ

Opp.

3 † nō ſufficit ad probationē mortis, ꝙ teſtis reddat rationē per hanc negationem,quia nō loquebatur.

Opp. ¶ Et nota inquantum iſta lex dicit.naſcio. quia intelligitur ſine coactione.vt.l.ſi à primo. & ibi ſcribentes ff.de libe.& poſthu. ¶ Ideo ſi partus fuit de ventre excerptus,non dicitur propriè natus. cōtra ea quę dixi ſuper gloſſā.in parte.naturalmēte. ver. & ꝙ ſit.Et dicitur hoc contigiſſe in Cęſare Auguſto:qui ideo fuit vocatus Cęſar,ideſt, cæſus de ventre matris.vt refert Paul.de Caſtro.in dicta.l.quod dicitur.& eſt tex.in.l.anniculus.la.1.ſ.falſus . ff. de verborū ſigni. Nā mulier,de cuius vtero poſt eius mortē partus extrahitur viuus,non dicitur parere. vt ibi.qđ verbū refertur ad mulierē, q̄ poſt mortē

Sa. nihil dicitur agere.¶ Sed non obſtat . quia ipſe extractus bene dicitur nat⁹,licet nō ſecundū curſum naturę,ſed violēter,& accidentaliter ad lucē puenerit.& hoc ſufficit,vt dicatur nat⁹.tex.eſt in.d. l. qđ dicitur.quē notat Paul.de Caſtr.ad hoc ibi. & dicit ipſe vidiſſe quoſdā contrariū dicentes p.d.l. anniculus.& ita dicit,ꝙ taliter extractus de vētre ſecto, cōprehenditur in verbis teſtatoris, loq̄ntis đ naſcituro, vel nato: quantūq; in materia odioſa & reſtringibili.quia,ꝓpriè dicitur

uos ordēamos y mā damos q̄ el tal hijo ſe diga q̄ naturalmen-

naſci,ſi de ventre fuit excerptus.vt.d. l. quod dicitur.hoc enim verbum,natus,refertur ad ipſum,qui viuus ad lucem perducitur,& hoc eſt naſci. vt ibi: quod nota.

4 Adde. Quæro † qualiter ꝓbabitur quem eſſe mortuū.Bar.1.l.2.ſ.ſi dubitetur. ff.quęad.teſta.ape.& Cynus.in.l.ſiquidem.C.ſolu.matrimo. plura dicunt ſuper hoc. ¶ Sed dic plenius,ꝙ ſi agatur de magno præiudicio & irrecuperabili,vt ſi quęratur. quis occiderit, mors plenè probari debet per teſtes, qui dicant, eum vidiſſe mortuum, vel ſepeliri.vt.l.in.de.Neratius.ſ.fi.cum.l.ſequen.ff.ad legem Aqui.tenet Bar: in dicto.ſ. dubitetur.do. Abb.in.c.in præſentia. de ſponſa. ¶ Si verò agitur de modico prę iudicio,tūc regulariter poteſt probari per famam publicā, vel iudicia.¶ Et vbi ageretur de leuiſſimo præiudicio, ꝓbari poterit per iuramentum. ſecundum doct. & Bar.in.d.ſ.ſi dubitetur.& in.d.l.ſi quidem.C. ſolu. matrimonio. vbi Bal.dicit id verum eſſe cum vno teſte.Idem Bal.in.l.3.2.co.de probatio.Sali.in.l. ea quidem pe.eo.eodē ti.de probatio.dicunt, ꝙ mors antiqua,vel de longin.probatur per famā publicā: ſed plenè & remiſſiuè in deciſi.Tholoſę. q. 312. in additione.

g ¶ Todo.aliàs pro parte natus,licet vocem emittat,vel viuus appareat,non dicitur naturaliter natus.concordat.l. pe.in fine.C.de poſthu.hęre. inſti.vel exhæ.& ibi doctores. ¶ Et nota, quia dicit, todo.quia totus ſonat totalitatem circa eandem rē: vt eſt glo.inſti.pro ſocio.circa principiū.tenet Bar. in.l.ſi vnus.ſ pactus.2.col.ver.& nota. vbi allegat. Corrigit

5 d.glo.ff.de pactis.¶ Ex quo eſt notandum , ꝙ † nō ſufficit aliquem eſſe natum,niſi ſit totus natus.¶ Et per iſtam legem ceſſat hodie diſpoſitio textus in.l. quod dicitur.ff.de poſthum . hære . inſtitu . vel ex hære.ſecundo reſponſo. vbi dicitur, quòd qui pro parte tantum exit de ventre matris, & apparet viuus, dicitur natus, & rumpit teſtamentum paternum.Quod non eſt verum per iſtam legem. Ita tenet hoſti.in ſūma.de baptiſmo.ſ.quę ſit forma. ver. hoc dixit.vbi tenet,non eſſe baptizatum, cui⁹ man⁹,vel pes tantum baptizatur,reſiduo corporis remanēte in vtero.cūm tunc nō dicatur natus. Licet cōtrarium tenet Bar.in.l.3.C.de poſthu.hęre.inſti.

6 & in.d.l.quod dicitur.¶ Itē habes hic,ꝙ † appellatione fi-

tione filiorum in hac materia non venit qui nondum natus eſt totus, vel qui eſt in vtero. contra legem. 2. §. filius. ff. ad tertulianum. & contra Bald. in. l. precibus. 9. col. C. de impube. & alijs ſubſ. &. l. qui in vtero. ff. de ſtatu. homi. & vide Bald. in. d. l. pen. C. de poſthu. hære. inſti. vel exhæ. vbi dicit, quòd aliud eſt exire de ventre, et aliud eſt exijſſe. qa q exit, nõ ſuccedit, ſed qui exiuit. vt in. l. iſta.

te es naſcido y que no es abortiuo quando naſcio viuo todo

h ❡ Veynte y quatro horas. qui ſi ante deceſsit, non ſuccedit, nec tranſmittit, quia abortiuus. l. 2. & ibi Bald. C. de poſthu. hære. inſti. & in hoc corrigitur. l. 18. titu. 1. lib. 4. foro juzgo. quæ decẽ dies requirit, vt natus poſsit ſuccedere. Item non dicitur fuiſſe, qui non perſeuerauit & vixit. 24. horas naturales. & vide Abbatem in. cap. nam & ego. de verborum ſignificatio. & Bald. in. c. 1. §. 1. epiſcopum vel abbatem. vſib. feud. qui dicunt, quòd mori dicitur ilico, qui moritur ante baptiſmum, nec perſeuerauit. Ideò non eſt in cõſideratione, qui ante hoc tempus deceſsit, per iſtam legem. Et iſto caſu poteſt intelligi dictum Bald. in. l. 1. §. in nouiſsimo. C. de cadu. tollen. vbi dicit, quòd natus, & ſtatim mortuus, non eſt in conſideratione, maximè in feudis. ¶ Eſt igitur notandum ex ſupradictis, ꝙ
7 † ſi natus & mortuus intra. 24. horas nõ eſt in conſideratione, non ſuccedit. vt eſt caſus in. l. iſta.

¶ Item ſequitur, quòd non rumpit teſtamentum, in quo eſt præteritus, ſi eſt factũ ſtans in vtero. vt. d. l. 2. C. de poſthu. hære. inſti. vel ex. ¶ Ex quo, vt ſuperius dixi, ceſſat hodie opinio Bart. & aliorum in. l. filio præterito. 4. co. ver. ſecũdo eſt videndum. & ibi Ange. ff. de inoffi. teſta. & Bal. in. l. 1. C. de poſthu. hære. inſti. & in. l. 1. C. de codici. vbi dicunt, ꝙ teſtamentum rumpitur ipſo iure natione poſthumi. ¶ Sequitur etiã, quòd ſi non rũpit, nec ſuccedit, nõ tranſmittit. quia qui nihil habet, nihil trãſmittit. vt. l. cum antiquioribus. & ibi ſcribẽtes. C. de iure deliber. tenet Bar. in. l. fin. ff. ad tertulia.

Adde. Quod plenè dicit Lãcellotus in tracta ſubſti. in parte, ſubſtitutio vulgaris. nu. cum ſequenti. Alexan. in. l. cum tale. 3. colum. in verſi. ex prædictis. ff. ſoluto matrimonio. Bar. in. l. 2. §. ſi ego. verſi. idem dico de his. &c. eodem titulo. vbi dicit, quòd ementes reditus gabellarũ vel aliud à communi, habent ius in re. per. l. primã. ff. de loc. publicarum fun. ¶ Facit etiam ad hoc. quia tranſmiſsio, eſt quædam ſucceſſionis prorogatio eiuſdem naturæ & formæ. vt. l. prima. C de his qui ante apert. tabu. ſi enim iſte tãquàm abortiuus non ſuccedit, nec tranſmittit. quia ſi deficit principale, id eſt, ſucceſsiò, deficiet acceſſorium, quod eſt ſucceſsionis prorogatio. l. cum principale. ff. de regu. iu. & in. ſpe. de arbi. §. ſequitur. verſic. ſed nunquid proceſſus. & de emptio. & venditio. §. 3. verſi. ſi in caſu. ¶ Item in filio nato, & ante tempus defuncto, non eſt ante tempus ius in potentia effectuali ad aliquid deductum. ſecundum Bal. in. d. l. 2. C. de poſthu. hære. inſti. vel ex. ſed qui nõ habet ius ſuccedẽdi, nõ ſuccedit: & qui non ſuccedit, non poteſt adire. ergo ſine aditione non fit tranſmiſsio. l. 3. &. l. quoniam ſororem. C. de iure delibe. ni [illegible]nter filios. vt. d. l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. &. d. §. in nouiſsimo. l. infra. C. de cadu. tollen. ¶ Sed quia nunc dici- *Nota. circa materiam*
8 mus, ꝙ † quę non ſuccedit non tranſmittit. quæro quotuplex ſit tranſmiſsio, & quid in tranſmiſsione conſideretur. Itẽ qui ſunt illa, quæ poſſunt trãſmitti. *trãſmiſſionis.* ¶ Quo ad primum breuiter dic. ꝙ trãſmiſsio eſt triplex. ſ. iuris deliberãdi. Item ex titulo. de his qui ante apertas tabulas. Itẽ ex iure ſuitatis. vt plenè per Bal. in. l. cũ proponas. 2. col. ver. Item aduerte an ſubſtitutus. C. de hære. inſti. & in. l. cum antiquioribus. 8. q. C. de libe. *Primũ.* ❡ Quo ad ſecundum no- *Secundũ*
9 ta, ꝙ † in tranſmiſsione non cõſideramus corpus, vt ager, vel domus, ſed ius in corpore vel quantitate, an illud ius ſit tranſitoriũ, nec ne. vt per Bal. in. l. fina. 2. col. &. 6. oppo. C. de hęre. inſti. ¶ Quo ad tertium eſt dicendum, ꝙ illa tranſmittuntur, quæ habent eandem ſubſiſtentiam in ſeipſis, perſona mutata, ſicut non mutata. tenet notanter Bald. in. c. 1. §. marchio. verſi. ex nota. C. de his qui feu. dare poſ- *Tertium*
10 ſunt. ¶ Ex quo infertur, quòd † priuilegiũ rerũ dotaliũ paraphernaliũ, caſtrẽſiũ, necnõ rerũ decimaliũ, & eccleſiarũ, nõ trãſmittitur, neq; põt tranſmitti. quia iſtæ res mutatione perſonæ mutant naturam, & transferuntur in aliud corpus bonorum. conclusio notanda eſt Bal. in. l. illam. 2. col. verſi. ſed reuoco in dubium. C. de colla. & in. l. 1. C. vnde vir & vxor. & l. 1. C. ſine cenſu vel reli. &. l. 2. in prin. C. ſolu. matrimonio. per. l. cum in fundo. §. ſi acciderit. C. de iure doti. licet aliqui dicant cõtrarium in. l. etiam dirupto. C. de fundo dota. ¶ Volo dicere, ꝙ licet res dotalis, decimalis. &c. poſsit vẽdi, & in alium tranſmitti, non poteſt vendi nec tranſmitti in alium priuilegium, quo res dotalis gaudebat, cùm eſſet penes vxorem dotatam, vel penes eccleſiam. &c. quia mutatione perſonę dotatæ, vel eccleſiaſticæ res vendita mutat naturam & qualitatem. vt ſupra dixi. *Infertur* ❡ Ex quo ſæpenumero tenui, & nunc teneo, et infero (ſalua veritate) ꝙ ſi fructus rerum decimaliũ, vel alię res eccleſiæ alienentur in laicũ, iudex eccleſiaſticus nõ ſe intromittit ſuper cognitione earundẽ rerum. quia mutatione perſonæ. &c. *Infertur*

g y que alomenos deſpues de naſcido viuio veynte h y q̃tro

¶ Hinc dicit gl. in. l. 3. ti. 14. prima partita, ꝙ emptores redituum eccleſiarum, clericorum, ſeu regis, nõ gaudent priuilegio, aut immunitate eccleſiæ, clericorum, vel regis in reditibus, quos recipiunt.

ſicut

ſicut rex vel eccleſia gaudet in venditione panis, & vini, vel fructuum, quos recipiunt.

Adde. Ad quod bene facit. l. licitatio. in. §. mercatores. ff. de publi. qui notanter probat, quod hic dicitur. ¶ Et per illũ tex. cõſuluit Dyn⁹ in

Qi. queſtiõe. Quidã emerunt ab eccleſia romana ſalinas Romandiolæ: poſtea illi portauerũt ſal ad ciuitatẽ Bononiæ, in qua exigitur vectigal de his, quę portantur. Iſti emptores recuſabãt ſoluere,

horas naturales [i] & fue baptizado [k] ante q̃ murieſſe y ſi de otra manera [l] naſcido murio dẽtro del dicho termĩo o no fue

dicentes, ꝙ ipſi emerunt ab eccleſia, & ꝙ ipſa non deberet ſoluere, ergo nec ipſi, qui ſuccedunt loco ipſius. quæritur quid iuris. Et reſpondet: ꝙ debent ſoluere. refert & ſeqtur. do. Petrus de rauena in ſuo alphabeto. folio. 159. in parte quidã emerunt. Et eſt ratio nã, vt ſupra dixi, res priuilegiata mutatione perſonæ mutat naturã, nomen, ius, & priuilegium. ¶ Pro hoc etiã eſt bonus tex. in. l. vna. C. de priuile. dotis. vt. dicit litera. ſcire debes priuilegium dotis, quo mulieres nituntur in actione de dote, ad hęredes non trãſire. ecce qualiter, ſi ad hæredes nõ trãſit, nec ad extraneos tranſibit. ¶ Aduerte, quia Bal. in. l. vna. de priuile. dotis. 3. col. in ver. quærunt doctores. quaſi in terminis mouet iſtam quæſtionẽ, et ſuper ea diſtinguit. & vide ibi in additione, vbi cõcludit. Si enim mulier cedit actionẽ ſuam de dote, ſiue ſit mortua, ſiue ſit viua, non tamẽ ceſſit priuilegium in ceſſionariũ. Quod etiã tenẽt Roma. & alij in. l. 1. ff. ſolu. matrimon. per. l. ex pluribus. ff. de adminiſtra. tuto. & per. §. fuerat. inſti. de actioni. Vide etiã Bar. in authẽ. de non eligẽ. ſecun. nubẽ. mu. in. §. ante nuptiali. 1. col. in ver. & iſta faciũt ad quæſtionẽ. colla. 2. vbi etiã ponit ſuper hoc ſingularem quæſtionẽ, quã per te vide, quia eſt menti tenenda. ¶ Et quod diximus in dote, ꝙ mutatione perſonæ mutat naturã, nomen, ius, & priuilegiũ: quid dicendũ in muliere adultera, an etiã perſona ſua non mutata, dos, ius, amittat nomẽ, ius, & priuilegiũ. Et videtur ꝙ ſic. nã ſi perdit ipſam dotẽ propter adulterium ab ea cõmiſſum: multò fortius amittit priuilegia dotis tantùm. Ita dicit do. doct. de Pala. in repeti. c. per veſtras. de dona. inter virum & vxo. ſuper rubri. col. 371. in ver. bene facit ad hoc. ¶ Idem tenet Spe. in ti. de immuni. eccle. in fine. de quo dixi in. l. 6. in parte, de qualquier calidad. ver. & quod

Contra. dixi ſupra. ¶ Sed contra ea, quę ibi dixi, vide Bal. in. c. ſedes apoſtolica. de reſcriptis. & Inno. ibi, qui

11 dicũt. ꝙ † priuilegiũ dignitatis durat, finita dignitate. Et facit, pro eis glo. in. c. accedẽs. 11. diſtin. quæ ſingulariter ait, ꝙ licet clericus ſit degradatus, non tñ poteſt percuti: & eũ percutiẽs, incidit in canonẽ. allegat. l. vnius. §. ſeruus. ff. de quæſtio. & c. oſtendi

tur. de cõſe. diſtin. 4. Idem voluit glo. in. c. dictum. 81. diſtin. pro quibus facit tex. in. l. fi. ver. nõ eſſe torquendũ in memoriã priſtinę dignitatis. ff. de decu

12 rionib⁹. vbi ille, † q fuit cõſiliarius, licet nũc nõ ſit, non poteſt torqueri in memoriã priſtinæ dignitatis. Et per illũ textum

baptizado mandamos que el tal hijo ſea hauido por abortiuo [m] y q̃ no pueda heredar a ſus padres ni a ſus madres ni a

refert ibi Fran. tigri, ꝙ per illũ textũ Mar. de fano. euaſit quendã, qui fuerat condẽnatus ad mortẽ: & dũ appellauit, oppoſuit corã iudice, ꝙ fuerat conſiliarius ſuæ ciuitatis: poteſtas tamẽ, propter indicia cõtra eum exiſtẽtia, poſuit eum ad torturam. quo caſu nõ poterat torqueri, per illum tex. & ibi in tormentis confeſſus eſt maleficiũ, ex quo illa tortura non tenuit. Eodem modo nõ tenuit cõfeſſio. quod eſt bene notandũ ſecundum Barba. in. c. ſedes. 5. col. de reſcrip. Idem ſentit glo. notãda iũcto textu in. c. conſtituit. 17. q. 4. quæ voluit, ꝙ infamia remanet apud infamẽ, extincta cauſa infamiæ. Ideo dicit, ꝙ iudæus in caſu, quo non poteſt eſſe teſtis contra chriſtianum, nõ poterit etiã eſſe teſtis, ſi efficiatur chriſtianus, & ſic poſt baptiſmũ. Quẽ tex. & glo. allegat pro ſingulari Ludo. ro. ſingulari ſuo. 672. quod incipit. Nunc veniamus ad lucrum panis. Tenet Archi. in. d. c. conſtituit. & Io. de ana. in. c. cum ſit. de iudæ. & ibi Felinus. a co. in princi. qui contrariũ tenẽt. Et iſtis addo glo. ſingularẽ in. l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de re. milita. quæ di Nota.

13 cit, ꝙ † periurus etiã poſt peractã pœnitentiã non poterit eſſe teſtis, ſicut nec antea poterat. Quã glo. pro notanda allegat ad hoc Bal. in. l. lucius. in fine. Nota. ff. de infami. Item inimicus etiam poſt pacẽ ſeu reconciliationẽ, non poteſt eſſe teſtis contra illũ, cũ quo habebat inimicitiã: ita dixit do. Alex. cõſi. ſuo. 99. incipi. in cauſa inquiſitionis. allegat bonũ text. in. c. accuſatorem el. 2. 3. q. 5. ¶ Pro ſolutiõe dic, ꝙ nõ eſt eadẽ ratio in rebus, quæ in perſona. quia res dotalis, vel decimalis, gaudet priuilegio propter perſonam cuius eſt, non propter ſeipſam: ſed perſona nõ gaudet priuilegio propter rẽ, ſed propter ipſam, igitur non erit idem ius. ¶ Vel aliter poteſt dici ꝙ iſtud eſt priuilegiũ perſonale, & ſpeciale, ne offendetur perſona. vt videmus in iudice, qui finito officio, gaudet priuilegio tẽpore ſyndicatus, quo ante & in officio gaudebat. vt tenet latè Hippolytus conſilio ſuo. 179. vbi dicit, ꝙ ſi ille, qui alias fuit tabellio, & fuit dèpoſitus à tabellionatu, ſi facit inſtrumentũ tanquàm tabellio, non debet puniri pœna mortis, ſec⁹ in priuato. ¶ Et facit optimè textus in. c. is qui. in fine. de ſepultu. in. 6. & l. filij. §. vidua. ff. ad muni. cũ cõcor. ibi in glo. allegatis: & melius in. l. 6. titu. de los hijos dalgo. in ordina. vbi dicitur, ꝙ dignitas quęſita vxori propter maritũ, durat etiã mortuo

mortuo viro.⁋Et hoc adde ad limitationẽ iurium,
dicentium, ꝙ priuilegiũ perſonale extinguitur cũ
perſona.⁋Et pro dicta ſentẽtia vide Ludo. Ro. in
l. ſi quis in graui.§.de his.ff.ad ſille.dicẽtes,ꝙ qua-
litas adiũcta verbo, debet intelligi ſecundũ tẽpus
& actum verbi.per.l.
in delictis. in.§. ſi de-
tracta. ff. de noxa. &
in.l.titius. ff.de teſta-
men.mili.&.l.habeat.
ff.de inſti.facit tex.in

ſus aſcendientes.
¶Pero ſi por el auſencia [n] del marido

c.ſi.finalib⁹ verbis.de vaſſallo qui cõtra cõſtitutio.
lotha.in vſibus feudo. vbi ſecundũ Ludo.Ro. vbi
ſupra, dicitur,ꝙ vaſſallus eſto vaſſallitio liberatus
dominum defendere non tenetur,vt prius, ita nec
offendere:& ſi eũ offenderit,nõ puniretur ea pœ-
na,qua puniretur,ſi dominũ offendiſſet,ſed alia iu
dicis arbitrio.Quod nota,quia facit ad ea,quę dicũ
tur in.l.13.titulo delas ventas y cõpras.fo.le.traſum
ptiuè in.l.6.eodem titu.in ordina.de quo dixi in.l.
14 70.infra. ⁋Poſtremò ſuper hoc nota, ꝙ † non po-
teſt tanſmitti,quod cedi non poteſt. l.ex pluribus.
ff.de adminiſtra.tuto.tenet Bal.in.l.cum antiquio-
ribus.ver.ſic ius.C. de iure deli. ⁋Hinc dicimus,
15 ꝙ † ius ætatis non poteſt tranſmitti,quia cedi non
poteſt. vt in. §. finitur.inſti.de vſucap. &.l.ſi quis
domum. §.hinc. ff.loca. &.l.peto.§.prædium.de le
ga. 2. & l. vectigalis. ff. de pigno.
16 i ¶Naturales.Et nota ꝙ † hę.24. horæ naturales
Dies q̃s faciunt vnam diẽ naturalem,quæ continet etiã no-
horas ha ctẽ.l. more romano.ff.de feriis.&.l.ita vulneratus.
bet. ff.ad legẽ aqui.&. l. cũ hęres.§.ſtichus.ff. de adul-
te.glo.in.l.2.§.fi.ff.de verbo.ſigni. ¶Item eſt dies
artificialis:& iſta habet.12.horas,non creſcens,nec
decreſcens æſtate vel hyeme. vt.l. 1.ff.mãda.glo.&
17 Bar.in.d.l.2.§.fi. ff. de verbo. ſignifi.⁋Et nota, ꝙ †
Dies q̃n dies naturalis incipit à media nocte.vt notatur.in.
incipit. d.l.more romano. Tenet archi.in.c.quod à patrib⁹.
75.di.notatur in.c.cõſuluit.de officio dele.⁋Quod
eſt verũ more romano.vt. d.§.fi.ſed ſecundũ Athe
nienſes incipit ab occaſu ſolis. ſecundum babylo-
nes incipit ab ortu.ſecundũ arabes incipit à meri-
die. ſecundũ computationem eccleſiaſticam inci-
pit à veſpere.cap.de eſu . de conſe.di.3.&.d.c. à pa
tribus.75.di. ⁋Quod eſt verum quo ad celebratio
tionem officij diuini.c. 2.de feriis. ⁋Item quo ad
collationẽ ordinum.c.quod dic.75.di.archi.in.d.c.
quod à patribus.notatur in c.literas.de tempori.or
di. ⁋Dies tamen artificialis incipit in hora.13. vt.
d.l.1. ff.manda.glo.in.§.hinc nobis. in auth.de hæ-
re. & falci. collatione prima. ⁋Et nota, ꝙ quo ad
citati comparationem dies intelligitur vſq; ad me-
diam noctem.vt per glo.in.d.l.more romano.Quo
ad iudicia, incipit à mane , vſque ad ſero.c. conſu-
luit. de officio dele. & auth. de iud. §. ſedebunt.cũ
glo. colla. 6. glo. in.c.2. de feriis. Item quo ad ope
ras pręſtandas dies incipit à mane.l.2.in fine.ff. de
annu.lega.Item quo ad eſum carnium incipit poſt
cœnam.c. de eſu.de conſe. diſt.3. ¶Sed quo ad ſo
lutiones fiendas incipit à media nocte ſecundum
glo.in.c.pronunciandum. de conſe.di.3. Et conſi-
deratur dies ſecundum conſuetudinem locorum.
cap.vtinam.76.d.glo.
in.d. c. 2.de feriis.

o por el tiempo [o] del caſamiento claramẽte ſe prouaſſe que na

k ¶Fue bautizado.
aliàs non ſuccedit, vt
ſequitur.& vide in.l.
18.titu.1.lib. 4.ſo.juz-
go. rationẽ quare mortuus ſine baptiſmo non ſuc-
18 cedit. ¶Item † nõ debet in eccleſia ſepeliri,quia
anima non baptizati eſt damnata. c. milla. de con-
ſe. diſt.4. & mortem perpetuam patitur.c.lumina.
30. q. 1. Quod facit optimè ad.l.10. titulo delas mã
das. foro legum. & ad.l. fina.C.de hæreti.&.cap.ſi
quis epiſcopis. vbi gl.& doct.de hęreti.patet enim
ibi,quòd iudæi,ſaraceni, nec hæretici poſſunt chri
ſtianis ſuccedere, nec filius chriſtiani non bapti-
zatus, eo quòd non dicitur chriſtianus,cúm nõ ſit
baptizatus. Iuxta illud Ioan. cap.3. Qui credide-
rit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non
crediderit, condemnabitur . propterea debet eſſe
baptizatus , vt poſsit ſuccedere parentibus , per
iſtam legem.& dictũ cap.nam & ego. ¶Item de-
bet totus natus viuere. 24. horas. ¶Et nota,quia
ex quo plura requiruntur ad ſubſtantiam ſucceſ-
ſionis, defectus alicuius vitiat totum,aliàs facit to-
tum deficere.l. ſi vnus. C.de teſti.& cap.non vt ap
19 poneres, de baptiſ. An † autem baptizatus in par
te corporis, dicatur baptizatus. vide Inno.in.c.de
bitũ.de baptiſ. vbi dicit,quòd ſic.Tamen eſt ſecu-
ri⁹,ꝙ aqua fundatur ſuper maiori parte corporis.
Quod intellige,quãdo eſt totus natus: quia tũc ſuf
ficit,ſi ſuper capite aqua baptiſmi fundatur, vt mo
ris eſt,quia deinde in corpus effunditur. & ita lo-
quitur & intelligitur Innoc.Sed ſi eſt pro parte na
tus,& pro parte nõ,nõ dicitur baptizatus,ſi in par
te corporis baptizatur.& ita loquitur hoſti.in ſum
ma. de baptiſ.in.§. quæ ſit forma. ver. hic dicit.
l ¶De otra manera,ideſt,quàm ſupra dictum eſt,
vel quia non naſcitur integer,putà,quia caret vna
manu , vel pede. ⁋Idem ſi pluſquam integer, vt
quia cum ſex digitis in manu. Sed defectus iſte nõ
obſtat. l. quod dicitur. ff. de liber. & poſthu.&.l.
non ſunt liberi. ff. de ſtatu. homi. ⁋Secus ſi non
haberet formam humanam , vt quia naſcitur cum
duobus capitibus , vel capite vituli. vt notatur in
dicta . l. non ſunt liberi. &. l. quod certatum. C.de
poſthu. hære. iuſti. vel ex. ⁋Quod credo verum,
quia dicta iura nõ corriguntur per iura regni.Si ta-
men natus eſt homo multum diſſormis, bene dici-
tur homo , poſtquam eſt natus, ſed non antequam
naſcatur.l.cũ inter veteres. C. de fideic.liber. ⁋Ex
20 quo ſequitur, ꝙ † ſi ſtatutũ puniret interficientem
hominẽ:ille qui interficeret hominem in vtero,vel
nondum

nondum natum, non incideret pœnam ſtatuti. Cuius verba propriè ſunt intelligenda ſecundum Bal. in.d.l.quod dicitur.et ibi Pau.d ca. ❡Sed an de iure communi puniatur, & qualiter, vide in.l.ſi quis aliquid.§.ſi abortionis.ff.de pœnis.&.l.mulierem. ff.de ſicariis.et.l.diu⁹. & ibi notatur. ff. de extraor. crimi. notat in.c.ſicut el.2.d homi.

ſcio en tiempo q̃ no podia viuir naturalmente: mandamos que aun que concurran en el dicho hijo las calidades ya dichas q̃ no ſea auido por parto natural.

m ❡Abortiuo. qui non ſuccedit, vt ſequitur, nec rumpit teſtamẽtũ. vt.l.2.C.de poſthu.hære. inſti. vel exhære.

n ❡Por el auſencia. Nota ex particula iſta, quòd
21 † per abſentiam mariti probatur, ꝙ partus non ſit naturalis. ❡Sed quia iſta lex non dicit per quod tẽpus maritus debet eſſe abſens ad probandũ, ꝙ partus non ſit naturalis: tu dic, ꝙ debet probari abſentem fuiſſe per.10.menſes, & amplius.vt.l.filium.& ibi doctores.& Bar.ver.oppono ad hanc legem.ff. de iure perſonarum.& in.l.miles.§.defuncto. ff.de adulte.& in.l.1.§.fi.ff.de libe.agnoſcẽ.canoniſtæ, ſignanter do.Abb.in.c.tranſmiſſæ. qui filij ſint legi. vbi bonus tex.Bal.& alij in.l.ſi vicinis ſcientibus. C.de nuptiis.& bene ad hoc facit.l.gallus.in prin. & quod ibi dicunt doctores.& Bar.ff.de libe.et poſthu.ſ.ꝙ nepos natus poſt.10.mẽſes à die mortis filij iudicatus adulterinus, nec ſuccedit auo. Idem dicit Bar.in.l.1.§.fina.ff.de libe.agnoſcẽ.ſed abſens & mortuus æquiparãtur in hoc, vt ſentiũt Bar.& Bal. in.l.ea quæ.in fine. C. de tempori.in integrũ reſtit.
Oppo. mino.igitur.&c. ❡Sed cõtra hoc facit. Quia poteſt contingere, ꝙ quis naſcatur.in.11.&.12. menſe, licet rarò cõtingat.vt per doctores in.d.l gallus.in principio.& in authen.de reſti.& ea quæ pa.§.mulier. collatio.4. per Bar. in.l. ſeptimo mẽſe. ff. de ſtatu ho.glo.in.l.fi.C.de poſt. hære inſti. & Plinius dicit, vt quidam referunt, ꝙ partus naſci poteſt etiam in mẽſe.16.de quo per doctores in.d.l.ſeptimo mẽ-
So. ſe.& Albe.in.l.1.C.ad orphi. ❡Sed quia iſtud rarò contingit, & quaſi nunquã, ſtamus diſpoſitioni dictæ legis.gallus.cum ſimi.vt natus poſt. 10. menſes à die mortis vel abſentię viri iudicetur adulterin⁹,
Queſtio. non legitim⁹. ❡Sed quid ſi poſt duos dies poſt.10. menſes à die mortis vel abſentiæ viri naſcatur, indicetur adulterinus, vel illegitimus? Tene ꝙ nõ, vt per glo.& ibi doctores & Bar. præcipuè Alex. in. d.l.gallus.in principio. in parte, decem menſibus. quia de modico tempore non eſt curãdũ. Et nota, ꝙ iſta probatio pręfertur probationi pręſumptiuę de qua in princi.iſtius legis.c.cum dilectis.de cau. poſſe.& proprie.tenet Lanfran.in.c.quoniã cõtra.
Queſtio. de probatio. in parte, teſtiũ productiones. ❡Sed
Qualiter hic quęro, qualiter probetur filiatio, per quos poſ-
probetur ſit probari, & coram quo iudice. ❡Quo ad primũ
filiatio. vide tex.& docto.in.d.l. filium.vbi ponitur practi
22 ca † qualiter probetur filiatio. & dic, ꝙ primò debet probari, ꝙ inter Titiũ & Seiam fuit matrimonium contractum legitimè, & ꝙ iſti erant habiles ad matrimoniũ contrahendũ. Item, ꝙ Titius & Seia vt vir & vxor inſimul habitabant, & ſic adinuicem ſe tractabant: & ꝙ talis eorum filius fuit natus ex dicta Seia: & ꝙ dictus filius fuit & eſt in quaſi poſſeſsiõe filiationis: & ꝙ dictus Titius, & Seia eũ tractauerũt & tractãt vt filium ſuũ: & ita tenetur & reputatur ab eis & ab aliis eum cognoſcentibus. Et ita modo ſupradicto debent interrogari teſtes producti ad probandũ filiationẽ. Iſta etiã practica ponitur per text.& docto.in.l. nõ ignorat.C. qui accuſa.non.po.& colligitur ex.l. non nudis.& l.non epiſtolis.C.de probatio.& in.l.1. ff.quo bono.& in.d.l.ſi vicinis ſciẽtib⁹.C.de nup.per Bar.in l.1.§.per contrariũ.ff.de libe.agnoſcen.Bal.in.c. de cedenti.5.co qui feudũ dare po.in vſi feu.Inno in. c.michael.vbi glo.de filiis preſby.&.l.1.& ibi Bal. & Bar.C.quo bono.vbi dicũt probari vt ſupra per cõiecturas & pręſumptiuè.& idem dicit Bart.in.l. titia.ff.ſolu.matri.& do.Abb.in.c.per tuas.de probatio.docto.in.c. per tuas. qui filij ſint legitimi. & in rubrica de probatio. Poteſt etiam directè probari, vt ꝙ vir & vxor ſoli ſteterũt per annũ carcerati ſimul, & duo ſteterunt ad cuſtodiam, quia illi duo cuſtodes poſſunt probare natũ eſſe filium in carcere: & ꝙ nullus intrauit in carcerem, nec intrare potuiſſet, quin ipſi nõ vidiſſent.ſecundũ Bar.in d.l.1. C.quo bono. Itẽ directè quo ad matrẽ tãtũ, vt p obſtetrices, quæ naſcentẽ puerũ ex tali fœmina parturiente recollegerunt.vt per glo.in.l.1. ff. de probatio.notatur in.l.Lucius.ff.de condi.& demonſt.& Lanfran.in.d.c.quoniã cõtra.in dicta parte, teſtiũ productiones. Bal. in.l.neq; natales. C. eodẽ titu. ❡Sed quęro, an per confeſsionẽ iudicialem vel extraiudicialẽ patris vel matris probetur filiatio. Tenet ꝙ non, vt.l.etiam.& ibi glo.ff. de probatio. tenet Bar.in.d.l. filium.ff.de iure perſo. Pau de Caſtro conſi.173. Bar. in.l.1.§.ſi quis. ff. ad carbonia. & in. l.ſi poſth.§.ſi quis ita.ff. de libe.& poſth.melius quàm alibi in.l. 9.titu 14.tertia partita. vbi etiã dicitur, ꝙ filiatio non poteſt negari per patrẽ, neque per matrem, maximè ſi prius fuit appellatus filius per eos, & tractatus vt filius. idem dicit. l. ſi inſtituta. §.1. ff.de inoffi. teſta. ❡Et nota, ꝙ filiatio illegitima probatur ſicut legitima. ſ. pręſumptiuè, vt puta, ꝙ fuit habitus & reputatus pro filio talis.vel ꝙ fuit natus ex Berta concubina talis.vt per glo. in. d.c. Michael. de filiis preſby.& per Lanfran.vbi ſupra.per Bal.in.d.l.ſi vicinis, ſcientibus. C.de nup.poteſt tamen probari contrarium, vt ſupra dixi.& habetur per glo.in.d.c. Michael.& ibi Inno.& Bal.in.d.l.3. in princi.ff.de libe. & poſth.

Inno.

Inno.in.c.ex pte.de reſti.ſpo. ¶ Quod ad ſecundũ
dic, ꝙ filiatio poteſt probari ꝑ duos teſtes. Tenet
Pau.de Ca.in.l.errore. C.de teſtamẽ.& poteſt pro
bari per coniũctos.vt per Bal.in.l.2.C. ad carboni.
& in.l.3.§.due eſſe.ff. codẽ titulo. ¶ Et nota,ꝙ iſta
probatio poteſt fieri
per ſummariã cogni-
tionẽ.Bal. in.d.l.2.C.
ad carbo.& in marga.
in pte, iudex.ver.65.
Bar. in.l. titia.ff. ſolu
mat. ¶ Quo ad tertiũ
breuiter eſt dicẽdum,
ꝙ filiatio probatur co
rã iudice ſeculari,co-
ram quo qõ incidit ſe
cũdum Bar.& doctores in.d.l.titia.Pau.de Caſtro
conſilio.162.& Bar.in.d.l.2.C.ad carbonia.
o ¶ Por el tiempo del caſamiento. vt quia partus
naſcitur per tres vel quatuor dies vel mẽſes poſt-
contractum matrimonium, vt per doctores in.l.
gallus,in principio.ff.de libe.& poſthu.&.l.ſepti
Qõ. mo menſe.ff.de ſtatu.ho. ¶ Sed pro declaratione
23 tex.pone,ꝙ † mulier fuit alicuius cõcubina,& cũ
eſſet prę̨gnans,matrimoniũ contrahit cum concu-
binario ſuo,& peperit intra mẽſem part⁹ fuit bap-
tizatus.deceſsit mater in matrimonio,& filius poſt
matrem(eſt dubium)an partus ſit naturalis,vt poſ-
ſit ſuccedere matri,& ei⁹ bona tranſmittere. Vide
tur ꝙ nõ,quia,vt hic dicitur,per tempus matrimo-
nij poteſt apparere partum nõ naturalem:quia na-
tus non eſt in ſeptimo,vel nono,aut decimo mẽſe.
vt d.l.ſeptimo mẽſe.cum ſimi. ¶ Contrariũ eſt ve-
rum. quia ex quo iſte fuit cõceptus tempore cõcu
binatus.i.eo tempore,quo parentes poterãt contra
here matrimoniũ,& ſic tẽpore habili,et hoc poteſt
• probari per cõfeſsionem parẽtum,vel aliàs,partus
dicitur naturalis,nõ abortiuus.tex.eſt in.l.11.ſupra.
¶ Et reſponde ad legem iſtam, ꝙ loquitur in his,
qui tempore matrimonij ſe carnaliter cognouerũt,
non ante,vt apparet ex eius mente. facit lex miles.
§.defunctus.ff. de adulte. & quod dicit Baldus.in.
l.ſi matre.C.de ſuis & le.hære.vbi dicunt,ꝙ ſi mu-
lier nupta,mortuo primo viro,parit in domo ſecũ
di viri infra menſes:ꝙ taliter natus,præſumitur fi-
lius ſecundi viri,in cuius domo natus eſt,& ei ſuc
cedit. ¶ Et idem dicit,ſi primò fuit concubina, &
mortuo cõcubinario ſtatim nupſit,& infra nouem
menſes peperit in domo viri,natus prę̨ſumitur le-
gitimus,& ei ſuccedit.de quo eſt tex.ſingularis.in.
Nota. d.l.miles.§.defuncto. ¶ Sed quia iſta lex aſsignat
duos caſus,qbus poteſt conſtare filium nõ nãlem.
¶ Adde tertium,quem ponit Bal.in rubrica.ſi.col.
verſi.exemplum de primo.C.de probatio. vbi di-
24 cit, ꝙ † ſi mulier ante contractum matrimonium
habet lac in mammillis,prę̨ſumitur cognita,& prę̨
gnans. & iſtud argumentum eſt concludens à ne-
25 ceſſitate naturę.vt ibi per eum. ¶ An autẽ † partus
ſit naturalis,vel abortiuus,an legitimus,& quomo
do poſsit cognoſci:dic,ꝙ inſpecto tẽpore cõtractus
matrimonij, & ſtatus & forma partus, poteſt cog
noſci,& hoc iudicio medicorũ. Quia ſi natus poſt
duos menſes à tẽpore
cõtractus matrimonij
eſt totus formatus ho
mo,habens omnia mẽ
bra integra,ſicut,ſi eẽt
cõceptus à nouẽ men
ſib⁹,bene apparet par
tũ alterius,quã mari-
ti. vt ait Nicolaus Flo
rẽ.ſermone de mẽbro
rũ generatione.tracta
tu tertio.c.nono.q allegat Ariſt.lib.de animalibus.

¶ Ley catorze.

Mandamos q̃ el marido y la muger ſuelto [p] el matrimonio aũ que caſen ſegũda o tercera vez o mas puedan diſponer [q] libremente [r] de los bienes multiplicados durante el primero ſegundo y tercero matrimonio aũque aya auido hijos d'los tales matrimo-

Summarium.

1 *Maritus an durante matrimonio poſsit alienare lucra habita in ipſo matrimonio*
2 *Mulier an teneatur reſeruare filijs prioris matrimonij lucra habita à primo viro.*
3 *Mulier an tranſmittat lucra habita,conſtante matrimonio, ad ſuos.*
4 *Bona damnatorum,quæ per authẽ. Bona damnatorum non habita,an tranſmittantur*
5 *Tranſmitti an poteſt ad matrem ius competens ſuo filio prœterito decedenti in infantili ætate.*
6 *Verbum,liberè,quid denotet. Et qualiter intelligatur priuilegium alicui conceſſum liberè teſtandi.*
7 *Maritus quando poteſt alienare lucra habita conſtante matrimonio.*
8 *Maritus tranſiens ad ſecũdas nuptias,an perdat legatum ſibi factum ab vxore.*
9 *Vſus fructus in quo conſiſtit.*
10 *Vſus fructus nauis,columbariæ, piſcinæ,venationis,et habitationis.in quo conſiſtit.*

Mandamos. Vir & vxor licet tranſeant ad ſe-
cundum & tertium matrimonium ſicut poſ-
ſunt diſponere de propriis bonis, ita ſoluto matri
monio poterunt diſponere de rebus multiplicatis
in primo, ſecundo,& tertio matrimonio: etiam ſi
filios ſuſceperint ex talibus matrimoniis, nõ reſer
uata proprietate, nec vſufructu filiis inde ſuſcep-
tis.hoc dicit. Non diuiditur iſta lex,quia ſatis in ſe
eſt diuiſa. & eſt notãda in ſua materia. ¶ Et ratio *Rõ dubi*
dubitandi fuit duplex.primò de.l.1.ti.de las ganan *tandi.*
cias.fo.legũ.l.1.&.4.§.otroſi. codẽ titulo.in ordina.
1 vbi dicitur,ꝙ † marit⁹ durãte matrimonio,poteſt
alienare lucra habita in ipſo matrimonio. Erat du-
biũ,an eo ſoluto,poſsit dicta lucra alienare. Et iſta
lex tenet ꝙ ſic,q̃uis ſint habita in ſecundo & tertio
matrimonio. ¶ Secũdò potuit eſſet maxima q̃ſtio *Secunda*
2 orta noſtris tẽporibus inter iuris peritos,nunqd † *ratio du*
iſta lucra ſint reſeruãda filiis illius matrimonij,in *bitandi.*
quo

quo fuerunt habita Et multi tenebant ꝙ ſic,per legem fœminę.in principio.iuncta lege.generaliter.
C.de ſecun.nup.vbi dicitur,ꝙ mulier tranſiens ad ſecũdas nuptias quicquid ex facultatibus primi viri lucratiuo titulo cõſecuta eſt,tenetur moriẽs reſeruare liberis primi matrimonij, alienatione in extraneam pſonam penitus interdicta: & idem in viro trãſeunte ad ſecunda vota,administratione tamen

nios o de alguno dellos durante los quales matrimonios los dichos biẽes ſe mul

ei permiſſa dum viuit.Sic dicebant in caſu noſtro, ꝙ licet matrimonio conſtãte maritus poſſit alienare lucra habita in ipſo matrimonio:tamen ꝙ eo ſoluto morte vnius alter nõ poſſet alienare prędicta lucra,ſed ꝙ deberẽt reſeruari pro filiis dicti matrimonij per dicta iura:maximè ſi trãſiret ad vlterius matrimonium.per legem.cum in aliis.C.de ſecun.

Rõ decidendi. nup. ¶ Sed qa dicta iura loquũtur in his,quæ mulier cõſecuta eſt titulo lucratiuo ex facultatibus viri,& vir ex facultatibus vxoris,nõ in aliunde quęſitis extra viri facultates:ideo iſta lex notanter dicit,ꝙ vir & vxor,ſoluto matrimoninio,poſſunt diſponere ad libitum de prædictis lucris,nulla proprietate reſeruata filiis illiꝰ matrimonij. ¶ Et ratio diuerſitatis poteſt eſſe. quia ea quæ vir lucratur ex forma legis, vel ſtatuti, vel conſuetudinis,etiã ſtantibus liberis licet tranſeat ad ſecundas vel vlteriores nuptias,non pdit ea:quia non conſequitur hoc ab vxore,nec vxor à marito,ſed prouidentia legis. quod probatur ex.l.fi. & ibi Bal. in.fi.C. de bonis mater.licet cõtrarium teneat idem Bal.in authẽ.ex teſtamento.fi.col.ver. ſed ſtatim iuxta prędicta.C. de ſecun. nup. & quanuis ipſe Bal.in.l.fi.de bonis mater.loquitur tantùm in viro, habet etiam locum in vxore.vt hic.& in authẽ.neq; virũ quod ex dotali.collati.ẞ.& quod Bal.tenuit in.d.authẽ.ex teſtamento.Tenet etiam ibi glo.& Bar. Idem Bal.in authẽ.vxore.C.de ſecun.nup. ¶ Prima tamen opinio Bal. eſt verior, quæ approbatur per iſtam legẽ.Et idem videri meo voluit ſentire idẽ Bal.in.l.hac edictali.§.his illuc.1.col.ver.deuolutas.C.đ ſecũ.nup. vbi exponẽdo tex.dicit deuolutas.ſ. lucratiuo titulo.nõ enim habet locũ in rebus ẽptis in actu ẽptionis(ſentit vero)ꝙ licet mulier ſecũdo vel tertiò cõtrahens debeat reſeruare filiis prioris matrimonij proprietatem,quam lucratur à primo viro, eſt verum in lucris habitis ab ipſo viro ex facultatibus ſuis:ſecus in rebus emptis matrimonio conſtãte.i. in aliũde q̃ſitis,q̃ ab ipſo viro. nã ſentit,ꝙ iſta poſſunt alienari p vxorẽ. quod eſt notãdũ. Et cũ iſta.

Concor. l.cõcordat.l.17. poſt mediũ vſq; in finẽ.ti.1.di.4. foro juzgo; à qua vt credo iſta lex habuit ortũ.circa qđ vid.latè Frã.Car.cõſuo.172. vbi notãter loqtur.

¶ Suelto el matrimonio.hoc dicit propter vxorem,quæ conſtante matrimonio,non poteſt aliena re lucra in eo habita ſiue licentia viri:quia nec poteſt alia bona ſua alienare.vt.l.65. infra. ¶ Maritus verò conſtante matrimonio,& eo ſoluto, poteſt dicta lucra alienare,dum tamen non fiat in fraudem vxoris.l.4.tit.delas ganancias.in ordina.

tiplicarõ como dellos otros ſus bienes propios q̃ no ouieſſen ſeydo đ ganãcia ſin

q ¶ Puedan diſponer.ſi tamen nõ diſponit, talia lucra remanẽt p liberis vtriuſq; matrimonij, æqs portionibus,quanuis ſint habita ĩ primo matrimonio tantùm,vel in ſecundo tantùm. ¶ Et eſt ratio,quia viro defuncto,lucrorũ medietas remanet vt quid proprium vxoris.per.d.l.1.tit.delas ganancias.fo.legum.&.l.1.eo.tit.in ordinamẽ. ſentit Bal. & bene in.l.maritus. circa finem.C. vñ vir & vx. ¶ In aliis verò lucris erit contrarium:quia ſi vxor habet bona diuerſorum maritorum,& filios ex diuerſis viris: filij vnius matrimonij,veniẽt ad bona ex illo matrimonio q̃ſita.vt.l.12.ti.delas herencias. fo.le.&.l.cum aliis &.l.generaliter. & auth.vxore. C.de ſecũ.nup. ¶ Et ex hoc infert do.doctor de Segura in repetitione.§.ſed & ſi fundum.l.vnũ ex familia.de lega.2.16.fol.a.col.ver. ex quo ego infero.

3 ꝙ † etiã ſi vxor nõdum acceptauit lucra ſibi obueniẽtia cõſtãte matrimonio,& mortua eſt,ꝙ nihilominus tranſeunt illa ad hęredes:quia talia bona deferũtur vxori ex diſpoſitione legis regis,vt legitima filio.p quo allegat,quod dicit Bar.in repetitiõe legis arrogator.3.col. & quĩta oppo.ff.de adoptio. vbi dicit,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ moriente vxore in matrimonio maritus lucretur dotem vel augmentum dotis:ꝙ ſi mortua vxore poſtea moriatur maritus, qui in vita nõ acceptauit iſtud lucrũ,nihilominus tranſmittit illud ad hæredes ex diſpoſitione legis, & tit.ſingulari. ¶ Iſlud etiã voluit Bal.& Iaſon in. d.l.ſi arrogator.Sali.Pau.de Ca.& Alexan.in.l.cũ antiquioribus.C.de iure delibe.reprobata glo. & ibi,quæ contrariũ tenet.facit tex.in authẽ.hæc res. C.de ſecun.nup.inducẽdo eam vt facit Bal.in.l.generaliter.§.in his.eodem titu. ¶ Ad hoc etiam facit quod tenet Sali.in authẽ.bona damnatorũ. vltima col.C.de bonis damna. vbi refert de facto cõſuluiſſe,

4 ꝙ † bona damnatorum, quæ per illam authen. conſeruantur,aſcendẽtibus & deſcendẽtibus tranſmittuntur,hæreditate nõn adita.& allegat plura iura, præcipuè tex.in.l. edicto.§.ad hæredes.cum ſequẽti.ff. de iure fiſci. ¶ Et facit quod voluit Alex. in.l.ſi vir.ff.ad legẽ fal.vbi tenet.ꝙ lucrũ;quod deſcendit ex legis diſpoſitione,dicitur effici patrimonium illius,cui defertur, & non hæreditas vxoris vel viri. ¶ Ex quo infert do. doctor de Segura.vbi ſupra ad legem nobilis regis Luſitaniæ maritimæ, quod nomine puulgato ſolemus dicere,qua cauetur,ꝙ cùm vxor cõtrahit matrimoniũ cum marito, quòd ab illo die incontinenti maritus lucratur medietatem

Regula.

dietatẽ bonorum mariti: q̃ tale lucrum tranſmittit
ſuperſtiti, etiã ſi illud non acceptauerit. Quod eſt
notandũ pro intellectu legis primæ.ti.delas ganan
cias. foro legum,&.l. 1. eodem. titu. lib. ordina. &
vide ad ſupradicta bo
num tex.in.l.6.ti. de- **ſer obligados a reſer**
las lauo. y parti. foro **uar alos tales hijos**
legum. Et de lege re-
gni Luſitanię vide text.iure noſtro.in.l.9.titu. de
las herencias. foro. le. eſt etiam forus regni Arago
num vſitatus.

Adde. Quod plene & notãter de trãſmiſsio
ne dicit Oldra.conſi.171.num.15. ver.
5 quintò quæritur.vbi dicit † an ius di
cendi nullum competens ſuo præterito, tranſmit-
tatur ad matrem præteriti, eo decedẽte in infantili
ætate, antequam ipſe, vel alius pro eo diceret teſta
mentum nullum.

6 r ¶ Libremente, ideſt ſine iuris impedimento †
quia de natura iſtius verbi, liberè, eſt amouere o-
mne impedimentũ iuris.vt per docto.in.c. ſignifi-
caſti, de homicidio. libro ſexto. & aut. de nup. §.
Opp. ſancimus. collatione quarta. ▽ Sed videtur quod
non liberè. quia ſequeretur, quod maritus & vxor
in præiudicium filiorum poſſent lucra ſuperius di
cta relinquere quibuſcũque extraneis, etiam ſi ex-
cederent quintam partem bonorum, quod eſſet cõ
tra legem.9. titulo delas mandas foro le. &. l. 19. &
10. ſupra. cum ſimi. ▽ Aduerte, quia videtur pri-
ma fronte, quòd vir & vxor in hoc poſſunt filios
grauare. nam vt inquit Barto.in.l.ſic.in principio.
de lega primo.& in.l. creditor. §. lucius.ff.manda.
intelligitur vt poſsit facere de æquo iniquũ, dum
tamen dolus abſit.vt ibi.& in.l. alio. ff. de alimen.
& ciba. le.& in. l. fideicommiſſa. §. ſi ſic. de lega.
tertio. ▽ Item libremente dicitur, qui nullo loco,
vel modo conſtrictus eſt.vt per Bald in tracta.ſchi
ſma. 8. colum. vbi plenè. ▽ Item verbum. liberè,
deſcendit à verbo libet, quod importat liberam vo
luntatem. l. fideicõmiſſaria libertas. ff. de fideico.
liber. ibi dũ dicit, libuerit. & ſic habendo liberam
poteſtatem poſſunt liberos præterire vel exhære-
dare. ſicut miles, cui eſt commiſſum liberum arbi-
trium teſtãdi.l.1.ff.de teſta.mili.& iſta fuit opinio.
in.d.l. alio. 3.col.ver.procedo vlterius.ff.de alimẽ.
So. & ciba.lega. ▽ Sed tu tene, quòd iſtud verbum, li-
berè, ſignificat & importat liberam poteſtatẽ, dum
tamen teſtetur ſecundum ius. non dico ſecundum
ſolennitatem iuris: quia iſtã non debet ſeruare is,
cui datur facultas liberè teſtandi.vt per Bart.in.l.1.
in repetitione. 1.q.C.de ſacroſan. eccle.ſed ſecun
dum formam iuris, taliter, q̃ non poſsit filios exhę
redare vel præterire. vt per Bal.in.c.ad hæc.in fine
de pace iuramẽto firmã.tenet Bar.in.d.l.1. 5.q.prin
cipali.C de ſacroſan.eccle.Bald.in. l. ſi quando. in
principio. 3. opp.& melius. 1. oppo. C. de inoffi.
teſta.dixi in.l.5.glo. 1. ſupra.

s ¶ Propiedad ni vſufructo. Hic cadit notabile Quæ.
7 dubium. Vxor † in teſtamẽto reliquit ſuperlucrã-
ta conſtante matrimonio marito ſuo: qui tranſiuit
ad ſecũdas nuptias: nũquid teneatur maritus ea re-
ſeruare filiis prioris
ppiedad ni vſufruc- matrimonij. Tene q̃
to delos tales bienes. ſic.per.l.fœminę. C.
de ſecun.nup.&.l. ge
neraliter.eodẽ titu. & per ea quę dixi in parte, pue
da diſponer, ſupra iuncta.l.infra proxima.

Adde. Et Oldra conſi 33. num.3.verſi.ad ſe-
cundum verò membrum. dicit etiam
8 q̃ † maritus tranſiens ad ſecundas nu
ptias perdit legatum vxoris pręmortuę. allegat au
then.de nup.§.ſi verò expectet.colla.4. & dicit.ne
moueat quenquã, q̃.l. generaliter.&.l. penultima.
C.de ſecun. nup. loquantur ſoluminodo in mulie-
re binuba, quia regulariter idem in binubo. Quod
etiam notat Azo. in ſumma. eodem titulo. de ſe-
cund.nup. in.§. item quæcunque. ▽ Oppono con- Oppo.
tra hoc de lege. 3. infra ▽ So. ibi loquitur in do- So.
natione remuneratoria, quam mulier lucratur pro
pter oſculum &c. hic verò loquitur in donatione
voluntaria, vel in legato ſponte facto. de quo dixi
in. l. infra proxima. ▽ Sed quia dicitur in. l. iſta
de proprietate & vſufructu. quæro quid eſt pro-
prietas, & quid vſufructus. item in quibus conſi-
ſtit vſuſfructus: ▽ Quod ad primum dic, quòd pro
prietas nuda ſine vſufructu dicitur directum do-
minium.vt tenet Baldus in.l.fina. C.ſi à non com-
pe. iudi. penulti. colum. verſic. & nota quòd no-
mine.& ibi Pet.de Su.& cæteri ſcribentes. ▽ Pro-
prietas verò & vſuſfructus ſimul, dicuntur plenũ
dominium. & vſuſfructus per ſe, dicitur pars do-
minij. l. 4. & ibi Barto. ff. de vſufructu. & in. l. 4.
in principio. 2. colu. verſiculo. vſuſfructus. ff. de
ſerui. & aqua. & in. l. meuius. §. fundo. prima co.
verſi. venio ad ſecundam partem. de lega. ſecũdo.
& in. l. qui vſumfructum, poſt glo.& docto.1.col.
in fine. verſicu. vlti. pro declaratione iſtius glo.ff.
de verbo.ſigni. ▽ Quo ad ſecũdum eſt dicendum,
9 q̃ † vſuſfructus conſiſtit in iure vtẽdi & fruẽdi re-
bus alienis, ſalua rerũ ſubſtãtia.vt.l.1.ff.de vſufruc.
& inſti.de vſufru.in princi. ▽ Item eſt ius in corpo
re, quod perit cũ corpore.l.2 ff.de vſufru. ▽ Et no-
ta, q̃ appellatione vſuſfructus venit omnis commo
ditas rei. le. vſuſfruc. ▽ Intellige, quòd venit o-
mnis commoditas rei vel ſubſtantię, deducto ære
alieno, vt puta, ſi vxor ex diſpoſitione legis vel ſtã
tuti, vel quòd maritus ei legauit vſumfructũ bono
rum ſuorum, quia non habebit cõmoditatem æris
alieni: facit.l.vſufruc.lega.& l.cum emãcipati. §. 1.
ff.de colla.bono. ▽ Commoditas verò vel vſufru-
ctus nauis cõſiſtit in nauigando, licet inſit pericu-
lum.l.arboribus.§.nauis.ff.de vſufru. ▽ Vſuſfruct⁹
10 † columbarię, eſt occidere columbas: dum tamẽ in
eodem numero reſtituatur domino, finito vſufru-
ctu.

ctu. l. vſufructuarium venari. & ibi. ff. de vſufru. ¶ Item vſufructus piſcinę vel venarij eſt capere piſces, vel feras incluſas: dum tamē in eodē numero reſtituatur domino, finito vſufructu. vt. dicta lege vſufructuarium. ¶ Itē em vſufructus habitationis conſiſtit in iure habitandi. ſecundū Bald. in l. cum antiquitas. 1. nota C. de vſufru.

¶ Ley quinze.

EN todos los caſos que las mugeres [t] caſando ſegūda vez[v] ſon obligadas a reſeruar a los hijos[x] del primero matrimonio la ꝓpiedad

Summarium.

1 *Vxor per tranſitum ad ſecundas nuptias, an perdat ea, quæ habuit à primo viro.*
2 *Mulier an poteſt alienare ſoluto matrimonio lucra habita à conſanguineis viri.*
3 *Pater contrahens ſecundas nuptias, an perdat ſucceſsionem ab inteſtato in bonis filiorum ex primo matrimonio.*
4 *Argumentum de hereditate ad tutelam an procedat.*
5 *Pœnæ binuborum, an & quando habeant locum.*
6 *Maritus nō miniſtrans vxori neceſſaria an perdat legatum.*

ſti.& in.l.cum alienam.C.de lega.l.1.cũ glo. in ver
bo,paterno.ff.de in ius voca.ſecundum Alex.in.2.
volu.conſilio.136.in.2.co. ¶ Si enim teſtator inſti-
tuit,quos inſtituere debuit:& vxori relinquit am-
plum legatum in compenſationem ſeruitiorum &
aliarum iuſtarum cauſarum, & non intelligeretur
animo compenſandi cum melioramentis, ſolutio
melioramentorum facienda per heredes abſorbe-
ret maiorem, vel magnam partem portionis hære
ditatis.maximè ſi fratres,vel alij inferiores conſan-
guinei eſſent inſtituti, & legatum vxori factum
eſſet in magna qnantitate, quæ abſorberet, vt di-
xi,quaſi totam portionem ipſorum fratrum, & eſ-
ſet expreſſe contra mentem teſtatoris. Et ſic vt eius
mens ſeruetur,debem⁹ intelligere, ꝙ animo cõpen
ſandi fuit factum tale legatum. ¶ Quintò, quãdo
35 † verba teſtatoris ſunt generalia, debent ita intel-
ligi,vt non videatur teſtator alienam agnationẽ ſuę
agnationi anteponere.in.l.cum acutiſſimi.C.de fi-
deico.&.d.l.cum auus.ff.de condi.& demoſtr.& di
cta.l.generaliter.§.cũ autẽ.de inſtitu.& ſub. Alex.
in.2.volu.conſilio.28.in.2.colũ. ¶ Igitur illa verba
generalia,aĩo cõpenſandi cum fœminis & aliis iu-
ſtis cauſis,intelliguntur in fauorẽ ſuorũ hęredum:
ſcilicet,ꝙ ſit facta cõpenſatio cũ melioramentis, &
nõ in fauorẽ vxoris, vt hęredes ſoluant vtrunque.
¶ Sextò oſtenditur,ꝙ illa verba,ꝙ legat aĩo com-
penſandi cum ſeruitiis & aliis iuſtis cauſis,debent
intelligi ciuiliter:quia ſunt in ſcriptura redacta, &
non ſecũdũ vulgarẽ & cõem vſum loqnendi,& ſe-
cundũ ꝙ ſimpliciter iſta lex loquitur. vt dicit Bal.
in.l.lege.in fine.C.de legiti.hære. Cinus in.l.cum
authoritate.C de dona.ante nup. Alex. in.2. volu.
conſilio.87.In.8.col. ¶ Sed ſi teſtator legat id, quod
debet,intelligitur de eo debito, quòd poteſt ab eo
inuito extorqueri.vt in.l.is cui.§.flauius.ff. de ſolu
tio.l.vel obligare.§.1.ff.de libe.cau.l.debitor. ff. de
verbo.ſigni. Ita debent intelligi illa verba.ſ. ꝙ lega
tũ ſit factum animo compenſandi pro illa parte, ꝓ
qua poterat conueniri: ſcz ad ſeruitia obſequialia
domus,q̃ fecit vxor marito, non poteſt conueniri.
vt bene colligitur ex his,quę dixi in prooemio iſta
rũ legũ ſupra in glo.ſup parte.gratia.in.ver.ſecũdò
ꝙ nõ quęlibet ſeruitia.&c. Et ſi ſunt ſeruitia, de qui
bus maritus poteſt cõueniri,quia fecit expectatio-
nẽ cũ marito tanti tẽporis,& eo tẽpore cũ faculta-
te vtrinſq; multa ſuperlucrata ſunt, meritò de hoc
ſeruitio intelligitur feciſſe cõpenſationẽ. ſ. de his,
quæ iſto tempore ſuperlucrati ſunt. ¶ Septimò †
36 vbi poteſt dari aliqna cõiectura quã donatiõis, ceſ-
ſat præſumptio donationis.l.cum de indebito.ff. de
probatio.l.eleganter.§. qui reprobos. ff. de pigno.
actio.nota. Alex.in.2.volu.conſi.172. in fine. & in
aliis ſuis conſiliis. Sed dicta verba, animo cõpẽſan-
di,etiam vt ceſſet animus donandi, poſſunt intel-
ligi in compenſationem acquiſitorũ conſtante ma
trimonio. Ergo nõ debet intelligi vt importent do-
37 nationem. ¶ Octauò † tunc pro legatario dbet le-
gatum interpretari.vt in.l.in teſtamentis. ff. de re-
gu.iuris & in.c.cum dilecti de dona.quando nulla
in contrariũ apparet coniectura,aliàs ſecus.vt dicit
Cinus.Bal.& Sal.in.d.l.vnica.§.ne autem.C.de ca
du.tollen.firmat Alex.in.3.volu.cõſilio.58.in fine.
¶ Sed contra legatariũ apparent ſupradictæ & in-
fraſcriptæ coniecturę, ꝙ fuit legatum factũ animo
cõpenſandi cũ melioramentis:ergo non debet fieri
interpretatio in fauorem legatarij. ¶ Nonò.nõ eſt
pręſumendũ,ꝙ teſtator elegit viam,per quam eius
diſpoſitio impugnaretur.l.meui⁹.in princ. de lega.
2.l.ſi miles qui deſtinauerit.ff.de teſta.mili.facit. l.
quotiens in ſtipulationibus.ff.de verbo.obliga. c.
abbate.de verbo.ſigni ¶ Sed ſi diceremus in caſu, de
qno quęritur.teſtatorem voluiſſe vxorem habere
tam amplũ legatum & tam ampla lucra ab hęredi-
bus abſq; animo compenſandi,& ſic ꝙ haberet me
lioramẽta & legatũ:ſequeretur,ꝙ ei⁹ diſpoſitio nõ
haberet locum effectualiter: quia hęredes non ha-
berẽt ea,quę ſunt eis relicta, & ſic deſtrueretur ei⁹
voluntas.quod non eſt dicendum. ¶ Decimò. in-
terpretanda voluntate defuncti, debet attendi id,
quod eſt veriſimile.c.inſpicimus.de regu.iuris. in
ſexto.l.ſeruus plurium.§.fi.de lega.1. Et illud quod
eſt veriſimilè,habetur pro expreſſo.l. titius.§.1. &
ibi docto.ff.de libe.& poſthu.& eſt glo. notanda.
in.l.tale pactũ.§.fi.ff.de pactis. Alex.in.2.volu. con
ſilio.36.in.1.col. Imò fingit lex,vt ſeruetur mens te
ſtatoris:ſed veriſimile eſt,ꝙ teſtator plus dixit,quã
notari⁹ ſcripſit.d l.6.ti.3.ſexta partita in ver. y eſto
38 es.igitur.&c. ¶ Vndecimò. poteſt † conſtare de
voluntate teſtatoris,ſi ante factum teſtamentũ, vel
poſt ipſe protulit aliqua verba,per quę declaraba-
tur velle cum legato compenſari lucra habita con-
ſtante matrimonio.verba enim pręcedentia vel ſe-
quentia poſt teſtamentũ, declarant animũ teſtato-
ris.l.qui filiabus.in principio.& l.ſi ſeruus pluriũ.
§.fi.de lega.1.l. 3. ff.de libe.& poſthu.facit gl. ſi.in.l.
& puto.ff.fami.her.l.vtrũ.ff.de peti. hęre. l. vxor.
§.fi.& ibi Bar.de lega.3.dixi in pœmio iſtarũ legũ
39 in glo.ſup parte.al bien deſtos reynos. ¶ Duode-
cimò.debet † coniecturari animus cõpenſandi ex
eo:quia ſi legatũ factũ vxori eſſet in magna qnan-
titate,vt dictũ eſt,& inſtituti eſſent agnati, vel co-
gnati,ſi nõ fieret compenſatio,iſti hęredes non ha-
berẽt facultatẽ ſoluendi legatum & medietatẽ acq-
ſitorũ cõſtante matrimonio,ſi diſtraherentur bona
ſtabilia teſtatoris contra tex.in.l.vnũ ex familia. de
legatis.2.cum ſimi. ¶ Sed ſi intelligerent eſſe factã
cõpenſationem, ceſſaret iſta diſtractio bonorum.
pręſumendum eſt enim de animo compẽſandi. ad
quod facit dictũ Bal.in.d.l.vnũ ex familia.§.ſi rem
de lega.2. vbi dicit,ꝙ facilius preſumitur grauatus
ille,qui

ille,qui facultatem rei præſentandę habet,quã ille, qui non habet.ſed oportet redimere.per illum tex. & per nota.in.l.cum à matre. C.de rei ven. ¶ De-
39 cimotertiò arguitur,ꝙ † legatum ſit animo compẽſandi, ſi poſt teſtamẽtum vxor dixit,ꝙ ipſa erat cõtenta de teſtamento,vel de legato: tunc enim ſatis videtur,& bene colligitur, ꝙ non fuit eius intentionis velle agere ad partẽ bonorũ,imò renunciaſſe videtur,iuxta notata in.c.officij.de teſta.& facit, ꝙ quando de vno dicitur,de alijs denegatur.vt in.c.nonne.de præſumptio.&.l.maritus.C.de procura.cum cõcor. ¶ Decimoquartò colligitur anim⁹ compenſandi,ſi probatur,quòd poſt teſtamentum teſtator fuit allocutus hęredem,dicendo, ꝙ ita diſpoſuerat,ꝙ nullum eſſet litigium inter eũ & vxorẽ,ſic apparet de animo compẽſandi .quia ex hoc, ꝙ dixit teſtator,extra teſtamentum, colligitur eius mens.vt egregiè dixit Alex.de Imol.in.4.volu.cõſilio.100.in.3.col. ¶ Quapropter videtur dictũ legatũ fuiſſe factum animo compẽſandi cum ea parte,qua vxor debuit habere in bonis mariti de acquiſitis cõſtante matrimonio. ¶ Dicit tamen in hoc Paul. de Ca.in.l.ſi compenſandi.C de hęre.inſti.quòd tunc non debet fieri compẽſatio,niſi quatenus eſt in legato.ſi enim pars eorũ, quę ſuperlucrata ſunt, tranſcendit legatum in magna quãtitate:illud quod ſupereſt,vel tranſcendit,poteſt peti per vxorẽ. Pro quo etiam videtur tex.in.l.titia.§.qui in vita.de lega.2.& in.l.pe.ff.de alimen.& ciba.lega.notatur in dicta.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolu.ma. licet glo. in.d.l.creditorẽ.de lega.2. teneat ꝙ in totũ ſit facta cõpenſatio.quia in tantũ cenſetur ęſtimaſſe legatũ illud acceptando. ¶ Sed idẽ Pau.de Ca.in.d.l.compenſandi.dicit.ꝙ glo.in.d.l.creditorẽ.ꝓcedit, ſi teſtator.qñ legauit aĩo cõpenſandi,dixit.cũ hoc,ꝙ nihil plus poſſit petere.ſecus ſi ſimpliciter legaſſet. Et iſtam opinionẽ ſequitur Alex.ĩ.d.l.ſi cõpenſandi.quicquid dixit ipſe Pau.de Ca.in.d.l. creditorẽ vbi ſecutus fuit ſimpliciter glo.ibi. ¶ Et ſic retenta iſta opinione:ſi pars ſuperlucrata vxoris aſcenderet contenta in legato facto vxori animo compẽſandi,ex hoc deberet vxor cõſequi ęſtimationẽ illius partis tranſgredientis ipſum legatũ. Sed reuera iſta lex multũ facit in oppoſitũ,imò in expreſſo videtur decidere cõtrariũ. ¶ Pro cõcordia tamẽ iſtorũ iurium,puto ſic eſſe dicendũ:ſcilicet. ꝙ diſpoſitio iſtius legis reuera procedit in caſu,quo maritus ſimpliciter legauit vxori id , quod poterat legare, ſcilicet quintam partem bonorũ ſuorũ , quã poterat relinq̃re,ꝓ aĩa ſua,ſtãtibus filiis,vel aliis deſcẽdentib⁹ vt.l.9.ti.de las mãdas fo.le.&.l.18.infra.

Intellectus iſtius legis.

¶ Vel tertiã partem, ſtantibus aſcendentibus , vt lege.6.ſupra in.§.pero biẽ permittimos. ¶ Si tamẽ deſunt deſcendentes & aſcendentes , marit⁹ poteſt totam ſubſtantiã ſuam vxori ſuę relinquere. ¶ Si verò non relinquit totam ſubſtantiam,ſed certã partẽ vel quantitatẽ:tunc maritus videtur legaſſe de ſuo, non de parte vxoris,quam ipſa vxor lucrata eſt,& debetur ſibi de lucratis conſtante matrimonio. vt bene colligitur in.§.legatum.inſti.de lega.& ex lege.10.ti.9.ſexta partita.& c.quod autem.§.1.de iure patro.c.paſtoralis.de donatio.cũ ſimili. ¶ Propterea non videtur maritus in dubio legare vel donare vxori res vxoris:ſed ipſius mariti,nec videtur legaſſe animo compenſandi.vt plenè dixi in gloſſa iſti⁹ legis.& Bar.in.d.l.1.§.primum.C.de rei vxo.actio. & Bal.in lege.ſi adulta.C.de hęre.actio.Et ſic intelligo iſtã legem,quę vt ex ea patet , clarè , & apertè dicit,ꝙ maritus videtur legaſſe de ſuo,nõ de lucrata conſtante matrimonio. ¶ Si tamẽ ex verbis teſtatoris vel mariti contentis in teſtamento,vel extra,vel ex dictis teſtium poteſt apparere teſtatorẽ voluiſſe cõpenſare cũ ſuplucratis:ꝓfectò tenerem abſq; dubio debere fieri cõpẽſatio cũ multiplicatis eo mõ,quo ſupra dictũ eſt. ¶ Nã tunc ſatis videtur cõſtare de animo & voluntate teſtatoris vel legantis. ¶ Ex quo voluntas videtur eſſe corã teſtibus aperta verbo,vel explicata factis.vt.l.reprehendenda.& ibi docto.C.de inſti.& ſubſti.iũcta doctrina Bal.ĩ.l.nõ codicillũ.2.co.in prin.in.ver . extra not. ex hac.l.C.de teſta.dixi in.l.2.in pte . voluntad. in ver.itẽ nota ꝙ volũtas.ſupra.& ĩ.l.26.glo.1.in . ver. ĩmo etiã.infra. ¶ An probatio ſit ſufficiẽs , vel nõ bonus iudex arbitrabitur.& ſic per iſta ĩtelligẽt iuuene legiſtę iſtã legẽ,q̃ per ſupradicta erat dubia.

40 e ¶ En la parte.quę † intelligitur dimidia l.1.ti. de las ganan.fo.le.&.l.1.eo.ti.in ordina.& ſi non dicatur de dimidia appellatione partis, intelligitur dimidia.l.etiã partis.ff.de vſufr.l.de ętate.§. qui interrogatus.ff.de interroga.actio.l. nomen filiarum . §. portionis verba.ff.de verbo. ſigni . l. ſcimus.& ibi Bal.C . de inoffi. teſtamen.cap.2.§.1. de decimis li. 6. ¶ Quod procedit ſecũdũ quoſdam , niſi adijciatur verbum,aliqua.nam tunc minus dimidia intelligitur.vt dixi in principio iſtius legis. & eſt glo. in cle . vnica.in princi.ver.aut earũ parte . de foro compe.tenet Bal.in.c.1.in princi.de feudi aliena.& ſupradictã glo.allegat.domi.Abb.in.c.ſuper eo.de eo qui cogno.cõſan.vxo. ſuæ.& Bal.in.c.1.§.cũ autem.ver.quęro vtrum ſit differentia dicere partem, an aliquã partem.io.ti.de controuerſia inueſti. in vſibus feu. ¶ Sed idem Bal.in.l.ſi eam vel in vtero. in fine.C.de teſta.mili.tenet contrarium.& intelligit textum in.l.ſi vnquã.C.de reuo.donatio.vbi dũ dicit partem aliquã, ideſt dimidiam . & tamen eſt ibi dictio,aliqua,ſignificans dimidiam.vt. l. vxori. in principio.cũ glo.& ibi Bar.de lega.3.&.l. certe. §.quintus.ff.de verbo.ſigni. *Contra.*

41 f ¶ A de auer.ſcilicet ſolutò matrimonio,qa † cõſtante matrimonio non dicitur illam habere , cùm maritus poſſit partem iſtam alienare conſtãte matrimonio.per legem.4.ti.de las ganan.in ordina.&. l.46.infra. ¶ Sed videtur, ꝙ mulier durante matrimonio dicatur habere iſtã medietatem , cùm illam *Opp.*

non

non perdat mulier propter delictũ mariti.vt.l. 77.
ſō. infra.quia iſtam dicitur mulier lucratã fuiſſe. ¶ So
lutio. Eſt dicendum, ꝙ propriè is dicitur habere;
qui de iure habet, & cui auocari non poteſt: non ta
men propriè dicitur habere, qui de iure habet, &
poteſt ſibi res auoca-
ri.vt in ſpe. d̃ emptio.
& ven.§.1.ver. ad eui-
dentiam. ¶ Vel dic ꝙ
habet.ſ. actionem ad

gera de [f] auer delos
bienes [g] multiplica-

partem illam, non ꝙ habeat rem illã. vt exponitur
in ſpe.de dona. inter vi.& vxo.§.tertio.verſi.illud
etiam. & in.§.ſui.inſti.de hære.quali.& diffe.cum
multis aliis.quibus iurib⁹ dicitur, ꝙ fili⁹ eſt domi
nus in vita patris propter ius, quod habet in ſpe
ad bona patris poſt obitum ipſius.propterea expo
nitur multotiens verbum, habet, pro habere debet.
.l.ſi vxori.§.cum ita.& ibi Bar.ff.de auro & argen.
lega.idem Bar.in.l.nemo.ff.de reſtitu.integra. ¶ Et
ex hoc dicit Petrus de Ancha. cõſilio.101. incipi.
In Chriſti.&c.contra dictã donationem, ꝙ ex his,
quæ maritus acquiſierit cõſtante matrimonio, non
tranſeat dominium in vxorem ipſo iure pro dimi-
dia ſibi competenti, ſed demum re tradita. & hoc
fuit de mente dictæ legis primę.titulo delas ganan
cias.in ordina.&.l.prima.eodẽ titulo. foro legum.
vbi dicitur, ꝙ quicquid fuerit emptum per coniu-
ges conſtante matrimonio, ipſi habeant illud ęqua
liter: ideo mulier, vt ſupra dixi, non habet dimi-
diam propriè vt ſuam conſtante matrimonio, ſed
eo ſoluto.vt dicta.l.prima. et patet ex.l.iſta, inquan
tum dicit, habeant, quod verbum eſt futuri tempo
ris. vt p gloſſam. & doctores in. capitulo. ſi diligẽ
ti.de foro competenti.& capitulo. vnico de ſagitta
&.lege. in criminali. C. de iuriſditione omniũ iu-
dicum.refert & ſequitur dominus doctor de Pala.
in repetitione.capituli.per veſtras. de donatio.in-
ter virum & vxorẽ.ſuper rubrica.319.coluna.verſi
culo.item videtur dicendum. ¶ Et reſponde ad di-
ctam legem.77.infra, ꝙ ideo mulier nõ perdit par-
tem ſuam de acquiſitis conſtante matrimonio pro
pter delictum viri: quia vir & vxor ſunt ſocij diui
næ & humanæ domus. vt.lege.aduerſus. C. de cri-
mini.expi.hæredi.ſed ſi ſocij aliquid lucrantur du
rante ſocietate, vnus non perdit partem ſuam pro-
pter delictũ alterius.l.ſi ex duob⁹.ff.de noxa.actio.
notatur in.l.ſi duo ff.ſi quis cautio.

g ¶ Delos bienes multiplicados. Intellige cuiuſ
cunq; ſint qualitatis. quia cùm nõ exprimãtur mo
bilia vel immobilia, veniunt omnia bona multipli
cata. tenet Bal.l.ſi cõſtãte.§.fi.2.col.ver. vltimo quę
ro.ff.ſo.matri.Bar.in.l.fi.ff.de vſufructu. ¶ Et nota,
42 ꝙ † illa dicuntur multiplicata, quæ vltra propria
bona acquiruntur, & multa fiunt: ſi tamen multa
non fiunt, nõ dicũtur bona multiplicata, licet con-
ſtante matrimonio ſint acquiſita. Et valet hoc argu
mentum ab alluſione ſeu etymologia vocabuli ne-
gatiuè ſumptum, vt dixi in procemio ſupra gloſſa
43 1 ¶ Et quo ſequitur, quòd † ſi ex vna parte coniu-
ges aliquid lucrantur, & ex alia parte tantundem
vel amplius amittunt, non dicuntur aliquid habe-
re multiplicatum: quia multiplicata ſuccedunt in
locum bonorum amiſ
ſorum. Si tamen ali-
quid ſupereſt vltra ea,
quæ coniuges addu
xerunt ad matrimo-

dos durãte el mr̃io-
nio [h] mas aya la dh̃a

nium, illud diuiditur inter eos pro dimidia, ſoluto
matrimonio. Iſta eſt concluſio Bald. loquentis in-
ter ſocios.in.l.3.C. pro ſocio. & in.l. 1.penulti.col.
verſi.circa ſecundum. C.commodati.cùm loquitur
in forma diuiſionis inter ſocios. Itaq;, ſoluto ma-
trimonio, vterq; coniugum, vel eorum hæredes, in
diuiſione bonorum extrahunt adducta ad matri-
monium integrè, etiam de acquiſitis conſtante ma
trimonio: & quod ſupereſt, dicitur multiplica-
tum, diuiditurq; inter eos æqualiter, vt ſequitur.
¶ Item nota, quòd diuerſitas iſtius nominis, mul-
tiplicados, ab aliis nominibus diuerſitatem arguit
effectus.in. lege.ſi idem.& ibi Bald.C. de codicil-
lis.& in.l.53.infra. prout dicimus de aliis bonis ha
bẽtibus diuerſa nomina, putà, bona dotalia, caſtrẽ
ſia, decimalia, aduẽtitia, & ꝓf.ctitia, & ſic de aliis.
nam diuerſitas talium nominum, arguit diuerſita-
tem effectus. & iſta nomina ponuntur ſecundum
originalem rationem. vt per Bald.in.lege.humani-
tatis. 1. col. C. de impuberi. & aliis ſubſti. ¶ Qua-
44 liter † tamen accipiantur nomina multiplicatiua,
habetur per glo.in.lege.qui creſtim. de murilegu-
lis & genitiariis. lib.10. per Bar.in.l.ita ſtipulatus.
in principio.ff.de verbo.obli.

Adde. Quæro iure cauetur, quòd medie- Rō.
tas eorum, quæ ſuperlucrantur con-
ſtante matrimonio, diuidantur inter
maritum & vxorem, ſcilicet medietas eorum, quæ
ſuperſunt de ſuperlucratis poſt mortem mariti
vel vxoris, & medietas detur vxori, vel hæredi-
bus ſuis ea defuncta. vt iſta lex dicit. &.l.1. &.4.
titulo quarto, lege quinta ordinamentorum. cum
45 aliis. ¶ Fortè maritus † habebat feudum vel em-
phiteoſim priuſquam matrimonium contraheret,
in quo tunc temporis vxor nihil penitus habebat.
contingit, quòd conſtante matrimonio fuit conſo-
lidatum, et rediit ad primum dominum.i.ad ipſum
maritum ex aliqua cauſa: an vxor habeat in his
conſolidatis partem. Do.doctor de Pala.in repeti-
tione.capituli. per veſtras.de dona.inter virum &
vxorem. ſuper rubrica.col.302.in.verſi.ex his infe
ro.tenet, ꝙ ſic: quia videntur alia à rei proprietate per
conſolidationem, & tanquã alia iudicanda ſunt.qđ
dictum dicit vbi ſupra, nunq̃ obliuiſcaris. Pro cui⁹
corroboratione allegat.tex.ſingularẽ.& ibi Bar.in
l.non quocunq;.§.fundus.de lega.1. vbi probatur,
ꝙ quando vſuſfructus reuertitur ad proprietatem,
dicitur

dicitur domin⁹ proprietatis acquirere ex cauſa lucratiua. & illum textū dicit memoriæ commēdan dum ad hoc, quia forſan non reperietur melior in corpore iuris. & vide ibi Pau. de Caſtro & Ioa. Fa.

Limi.1. in. §. ſi cui. inſti. de lega. Iſtud eſt verū ſecundum dominum doctorem de Pala. vbi ſupra. quādo feudum, vel emphiteoſis ex aliqua cauſa reuertitur ad dominū. ſ. propter canonē non ſolutum, vel aliàs. Si tamē non ex cauſa ſuperius dicta, ſed quia feudū, vel emphiteoſis paterna renouatur in filio, cui etiam à principio data fuit: tūc filius, cui feudum, vel emphiteoſis fuit renouatū, habebit feudum in totum; non vxor filij: quia in renouatione videtur tacitè repetitum quicquid erat repetēdum. argu. l. itē qa. §. fi. ff. de pactis. & l. pe. §. vxor. ff. ſolu. matrimonio. nam renouatio uidetur facta ad cōfirmationē, nō ad derogationē. vt in authē. ſi quas ruinas.

46 C. de ſacroſanct. eccle. Item † quia in præiudicium terij non poteſt dominus mutare formā antiquitus cōſtitutā. argu. tex. in. l. impuberi filio Centurio. ff. de adminiſtra. tuto. Item quia innouatio videtur facta cum ſua cauſa, ſuiſq; vitiis. argu. l. ſi quis domum. ff. loca. l. lex vectigalis. ff. de pigno.

47 Secundò intellige, φ † procedit dictū do. docto-

Limi.2. ris de Pala. vbi ſupra. ſi feudū, vel emphiteoſis conſolidatum ſimpliciter fuit datū per dominū feudi vel emphiteoſis: nam tunc vxor habebit partem in feudo ſic habito conſtante matrimonio. Si tamen domin⁹ feudi vel emphiteoſis ad ſe reuerſum propter canonē non ſolutum vel aliàs, iterum tradidit illud feudatario, vel emphiteotę p ſe, & filiis ſuis, & deſcendentibus, prout ſæpe fit; tene, φ mortuo patre filij capiūt feudū vel emphiteoſim à primo domino, non à patre, & eſt totū filiorū, non medietas matris eorum. Ita tene Bar. in. l. mortis cauſa capitur. ff. de dona. cau. mor. plenè And. Sicu. in rub. de feudis. pe. & fi. co. Conſequitur tamen vxor medietatē fructuum acquiſitorum viuēte viro ſuo, non partē vtilis dominij. vt ſupra. quæ omnia ſunt notandā ad intellectum iſtius legis & d. l. 1. & 4. ti. 4. lib. quinto ordinamentorum.

Intellectus notandus. h. Durāte el matrimonio. Intellige ſi habitāt ſimul, aliàs mulier nō debet habere medietatē eorū quæ lucrantur conſtāte matrimonio. probatur ex. l. 1. titulo delas ganancias. fo. legum. & eodem ti. l. 1. in ordina. ibi, cum dicūt, de cōſuno. quia iſtud verbum, de conſuno, requirit ſimultaneam cohabitationem. ſecundum glo. in. d. l. 1. ti. delas ganan. fo. legum.

Infertur Et ex hoc dicit. do. do. de Pala. in repeti. ca. per veſtras. de dona. inter virū & vxo. ſuper rubri.

48 297. co, φ † lucra habita inter maritū & vxorem poſtquā ſimul habitant, veniunt communicanda: non illa, quæ ante traductionē ad domum maritus acquiſiuit. allegat gloſam ad hoc in. c. cū ſocietas. 27. q. 2. & notata in. c. 2. de dona. inter virum & vxorem. & ſi prædictus doctor nō alleget, iſta fuit opinio glo. in. d. l. 1. titulo. delas ganācias. foro legum. glo. 1. quæ notanter loquitur. Ex quo inferunt, *Infertur*

49 φ † ſi ante traductionem vxoris ad domū maritus *idem.* aliquid lucratur, non veniet communicādū inter eos, ſed maritus habebit illud præcipuū. Eſt ratio. quia ante traductionē ad domum, non poteſt dici, φ vir, & vxor emerunt ſimul. Item, quia nec tunc maritus ſuſtinet onera matrimonij, nec lucra hinc inde percipiuntur. notatur in. l. ſi donaturus. ff. de conditio. ob cauſam. ea enim, quæ deſpōſata eſt, ante contractas nuptias ſuū non mutat domicilium. vt l. ea quę deſponſata. ff. ad municipa. niſi dicas, φ illa lex loquitur in ſponſa de ſuturo. Eſt igitur neceſſariū, vt dictas leges intelligamus, poſtquā mulier fuit traducta ad domum, vt tunc damna & lucra communiceutur, & æqualiter diuidantur inter eos, ſoluto matrimonio. Eandem ſentētiam tenet do. doctor de Segura in repe. l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fundum. 9. col. in. fi. ver. primo caſu. de lega. 2. vbi dicit, φ ſi maritus poſtquā cōtraxit matrimonium per verba de pręſenti vxore nondum ducta ad domū aliqua acquiſiuit, φ hoc caſu non communicat vxori, imò ſibi acquirit. & hoc p textum expreſſum in. d. l. 1. ti. delas ganā. fo. legum. inquantum dicit, compraren de cōſuno. quod verbum dicit eſſe ponderādum, quia ſignificat ſimultaneam cohabitationē. qd probat lex ſtyli. 207. in ordine. incip. todo el deudo. quæ lex ad hoc eſt notabilis ſecundū do. doctorē de Segu. vbi ſupra. inquātum declarat, φ iſta verba, de cōſuno, intelligūtur quando ambo marit⁹ & vxor ſunt in vno. Hinc etiam *Infertur* dicit prędictus do. doctor de Segura vbi ſupra col. ſequenti. ver. ſecundo caſu. φ eodem modo ſi vxor nondum ducta ad domū aliqua acquiſiuit durante matrimonio, nō communicat viro, imò ſibi ſoli acquirit, vt ęqualitas inter eos ſeruetur. argu. tex. in. l. fi. C. de fructibus & litis expen. & qa cōtrariorum eadem eſt diſciplina. vt l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. & quia correlatiuorū idē eſt iudicium. l. fi. C. de indic. vidui. tollē. Pro quo facit id, quod notanter dicit Bal. in authen. hoc locū. C. de. ſecū. nup. muli. vbi quęrit. ſi marit⁹ relinquat vxorē ſuā dominam maſſariā & vſufructuariam omniū bonorum, φ ſtantibus filiis, conſuetudine vulgari interpretatur. φ habeat alimenta tantū. vt per glo & doctores in. d. authē. hoc locū. Bar. in. c. Pau. in. l. titia. §. fi. de lega. 2. Certè erit econtra. φ ſi vxor fecit teſtamentū, & reliquit maritum dominū maſſarium et vſufructuariū omnium bonorū ſuorum φ ſtantibus filiis habeat locū dicta conſuetudo. ad quod allegat ſingulare dictum Baldi in authen. dos data. 1. col. C. de dona. āte nup. vbi dicit, φ quemadmodum mulier non lucratur donationem propter nuptias quādo nō ſuſtinuit onera matrimonij, prout iubet ille tex. ita nec maritus vigore pacti vel ſtatuti non debet lucrari dotē, quoniam non ſuſtinuit onera matrimonij. & ratione relationis vxor & vir non iudicātur ad imparia, ſed vna eſt lex eorum

rum regulariter.vt in Spe.de feudis.§. quoniã.ver.
vigeſimo q̃ritur. Sed qualiter hoc procedat colligi
tur ex infra dicendis. ¶ Adde tamẽ ad ſupradicta
textum meliorem & clariorem de iure in.l.17. titu.
2.li.4.fo.juzgo.vbi dicitur, ꝙ quando vir & vxor
habitant de conſuno.i.ſimul,diuidunt lucra habita
Quæſtio. conſtante matrimonio,non aliàs. ¶ Sed iuxta hoc
50 quęro † ſponſus ante traductionem ſponſę ad do-
mum recepit dotẽ, & cum ea negotiatur, & multa
eſt ſuperlucratus.quęritur an in ſuperlucratis ſpõ-
ſa habeat partem. Videtur ꝙ nõ,per ſupradicta. &
ita tenet.do.doctor de Pala.vbi ſupra. Quia ſi dos
ſponſæ periret,cùm eſſet ante traductionem ad do
mũ,ſpõſi periculo perderetur:cũ dos ſit data in pe
cunia numerata,cuiꝰ effectus eſt dominus.vt.l.ſi ex
traneus.ff.de iure doti.cum ſimi.& facit.l.incẽdiũ.
C.ſi certum peta.vnde iniquum dicit videri, ꝙ lu
crum ex ea dote habitum ſponſę cõmunicaret. Di-
cit tamen,bonum eſſe,ſi fieri poſſet,ex tali lucro ꝓ
uideri ſponſę ad alimenta,ex quo dos datur ad ali-
mentandã vxorem.vt.c.ſalubriter.de vſuris.cum ſi
mi.quibus adde bonum textũ.in.l.1.in princi.ti.11.
quarta partita.vbi dicitur,ꝙ cùm dos datur, tacitè
videtur actum,ꝙ vxor ex ea alatur.Et quanuis præ
dictus doc.de Pala.in caſu iſto plura loquatur, in
hoc reſidet,ꝙ de iure mulier nondum tradita do-
mui mariti nõ habeat partem in quęſitis per mari-
tum,etiam ſi maritꝰ vel ſponſus dotem recepiſſet,
& cũ ea multa eſſet ſuperlucratus. ¶ Verè quęſtio
eſt difficilis,& ſępe vidi dotem ſolutam viro mul-
to antequam ſponſa duceretur ad domum viri:nec
non ſponſum vel maritũ multa ſuperlucratum fuiſ
ſe ante traductionem vxoris ad domũ:& hęc diui-
ſa inter coniugem ſuperſtitem & hęredes defuncti
ſoluto matrimonio.& ita ſeruatur cõſuetudine do-
micilij mei. ¶ Et hanc conſuetudinẽ approbat Bal.
in.l.1.prima col.in fine.2.q.C.pro ſocio. ¶ Ceſſante
verò conſuetudine,quę videtur rationabilis, mul-
ta poſſunt adduci cõtra ſententiã do. doctoris de Pa
la.& do.doctoris de Segu.quorum ſciẽtia noſtris ꝑ-
fulget tẽporibꝰ vltra alios ſcribẽtes. pro ſuis etenĩ
operibus poteſt dici illud vulgatũ.modicũ,& bo-
Contra. num,& bene pręparatũ. ¶ Et primũ cõtra ſuã opi-
nionẽ eſt pręmittẽdũ,ꝙ ꝑ cõtractũ matrimonij,vir
& vxor efficiũtur ſocij diuinę & humanę domꝰ.vt.
l.aduerſꝰ.C.de crimine expila.hęre.& in cõtrahẽ-
da ſocietate iſta nõ requiritur ſimultanea cohabitatio
ſed matrimonij cõtractꝰ.vt ibi.& ĩ Spe.ð feudis. §.
quoniã.ver.vigeſimo. ¶ Secũdò. ſocietas ꝓſumitur
cõtracta ĩter ſimul negociãtes,etiã ſeparatim habi-
tãtes.tenet Pe.de Peru.in tracta.ſocie.ſecũda parte
ꝑ totã.& Fran.por.in tracta.ð duobꝰ fra.ſecũda par
te.q.57. ¶ Tertiò.in obligationibꝰ, quæ cõſenſu cõ
trahũtur,nõ eſt opus verbis.nota.Ioã.Fa.in.§.1.in-
ſti.de ſocie. ¶ Quartò.iure cauetur, ꝙ lucra habita
ex pecunia cõmuni,veniunt inter ſocios diuidẽda.
l.3.& quaſi per totum.ti.10.quinta partita. ¶ Quin-
tò.ſola pecunia interueniente, cum intentione, vel
tacito conſenſu,contrahitur ſocietas.vt.l.1.dicto. ti-
tul.decimo.quinta partita. ¶ Sic igitur in caſu no-
ſtro videtur contracta ſocietas inter ſponſos de prę
ſenti,& inter coniuges, ante ſimultaneam cohabi-
tationem:& lucra, dote recepta ante traductionem
vxoris ad domũ veniunt diuidenda inter maritum
& vxore. ¶ Præterea negari non poteſt,ꝙ dos data
ſponſo,data ſit,vt viro.argu.tex.in.l.ſi. C. de dona.
ante nup.tenet Bal.in.l.pactum.20.q.C.de colla.eſt
tex.ſatis apertus in.l.2.in princi.ti.11.quarta partit.
& melius in.l.10.eo.titu.ſed maritus quicquid lu-
cratur tenetur diuidere cum vxore,vel eius hęredi
bus,ſoluto matrimonio per legem.1.ti.de las ganan.
ſo.le.igitur.&c. ¶ Præterea ſi dos datur viro ratio-
ne cõtractus matrimonij ſimpliciter,vel ratione ꝓ-
miſſionis,vel ratione ſtatuti,intelligitur ſi nubat.l.
itẽ quia.ff.de pactis.&.l.18.ti.11.quarta partita.tenet
Pau.de Ca.cõſi.ſuo.129.& ſub iſta ſpe de matrimo-
nio ſolenniter contrahẽdo in facie eccleſię dos po-
teſt ſolui ſponſo ante conſũmatum matrimonium.
vt.d.l.10.&.l.13.eodem ti:& dotẽ non recipere an-
tequã mulier ducatur ad domũ,non eſt in poteſta-
te mariti,quia & ante traductionẽ ſolui poteſt. vt
ſupra dixi.notat Ange.in.l.1.ff.qui potio.in pigno.
habe. ¶ Item quando dos traditur viro,intelligitur
tradita,vt eam habeat vir in bonis ſuis,& in ſuo do
minio.& vt negotietur cũ ea,& ſuſtineat onera ma
trimonij.l.7.ti.11.quarta partita.& ſoluta dote, ma-
ritus debet ſubire onera perſonalia impoſita ꝓ re-
bus.vt.l.in rebus.§.1.C.de iure doti.&.l.doce ancil
lã.C.de rei vendi.per Bar.in.l.neq;.ff. de impenſis
in rebus.dota.fa.quanuis dos antequã ſoluatur vi-
ro,ſit in dominio vxoris.vt.d.lege.in rebus. ¶ Prę-
terea dos data viro,etiam ſi dictum non ſit expreſ-
ſe,tacitè videtur actum,ꝙ exinde quęſita commu-
nicẽtur.vt.d.l.1.ti.de las ganan.ſo.le. &.l.1.eodẽ ti.
¶ Pręterea ex traditione dotis non cauſatur contra
ctus venditionis,depoſiti,cõmodati,nec alteriꝰ cõ-
tractus:ſed quędam ſolutio pro vxore facta in mari
tũ dotis ꝓmiſſę:& talis ſolutio habetur, acſi fieret
matrimonio conſummato.ſecundũ glo. in.l.ſi.C.ð
pactis pigno.tenet Bar.in.l.qui romę.in princi. ff.
de verbo.obliga.Pau.de Ca.in.l.item quia.in fine.
ff.de pactis.ideo debet habere ſuos effectus.l. aſſi-
duis.& ibi Bal.ſi.co.ver.habes hic glo. notabilem.
C.qui potio.in pigno.habe.Itaq; habet dos ſua pri
uilegia à tempore,quo datur viro:& iſta priuilegia
dantur doti in fauorem vxoris.l.1. & communiter
ſcribentes.ff.ſolu.matrimonio. Igitur debet habe-
re partem de acquiſitis ante matrimonium conſum
51 matum. ¶ Præterea iure cauetur expreſſe, ꝙ † fru
ctus dotis receptæ per ſponſum ante matrimo-
nium,non cedunt lucro viri, ſed augent dotis fru
ctus. §.1.ff.de iure doti.lege cum pater. §. ſi fundũ.
& ibi Barto.& doctores.ff.ſolu.matrimonio.& me
lius in lege.28. incipi. deſfructan los eſpoſos. ti-
tu.11.

tu.11.quarta partita. ¶ Niſi quando ſponſus nutrit ſponſam,quia tunc lucratur dotis fructus. vt dicit glo.notanda.& ibi Bal.in.l.a.C.de dotis promi. & l.28.titulo.11.quarta partita.de quo infra. ſed fruct⁹ dotis in pecunia,vt in quęſtione propoſita, eſt lucrum,quod ex ea percipitur.tenet Bal.& doctores in.l.diuortio.§.ſi vir.ff.ſolu.ma.& Bar.in.l. fi. eodē ti.ideo quod ex pecunia data in dotem percipitur, erit vxoris,non viri.& ſic erit omnino contrarium eius,qđ do.doc.de Pala.tenuit vbi ſupra. Quia vt vxor cū dote ſoluto matrimonio conſequitur totū lucrum habitum cū pecunia dotali ante traductionē vxoris ad domum.per ſupradicta. ¶ Aut habebit dimidiā de multiplicatis,vt ſocia ſpōſi vel mariti. ¶ Et ſi iura de hoc non eſſent expreſſa,ſatis videtur rationabile,& conſonum ęquitati,atq; ęqualitati,ꝙ lucrū inter eos vt cōmune diuidatur. Quia ſi ſponſa appoſuit pecuniam in ſocietate, maritus appoſuit operā & induſtriam,quæ poteſt ęquiualere.vt.l.3.ti.10.quinta partita.&.l.ſi non fuerit. ff. pro ſocio.ideo quodammodo videtur rationabile, ꝙ ſponſus conſequatur premium ex labore ſuo. cōtra dictam legem.3.in fine. & iſtud argumentum à ratione eſt validum in iure.vt.c.ratio nulla de prę ben.& digni. ¶ Itē quia,vt ſupra dixi, videtur contracta ſocietas inter eos.traditione rei dotalis, & tacito conſenſu.vt per Bar.in.l.titium.§.altero. a. co. ver.quæro an ſocietas.ff.de adminiſt.tuto.igitur in contrahenda ſocietate inter maritum & vxorē nō requiritur ſimultanea cohabitatio, ſed contractus matrimonij,& traditio dotis. ¶ Et bene ad hoc etiā facit tex.iuncta doctrina Bal.in.l 1.ver.2.quęro. C. vnde vir.& vxor.& tex.in.l.7.cum ſimi.ti.13.ſexta partita.vbi dicitur,ꝙ deficientibus conſanguineis, vir,& vxor ab inteſtato vocantur.& quęrit Bal.in. d.l.1.C.vnde vir & vx.nūquid.d.l.1. habeat locum in vxore nondum ducta.& tenet ꝙ ſic.vt.l.deo nobis.C.de epiſcopis& cle.&.l.nihil. ff. rerum amo. &.l.cum hic ſtatus.§.ſi mulier & maritus.ff. de dona.inter.vi.& vxor.& quanuis ibi agebatur de pręiudicio fiſci,& aliorum,appellatione vxoris in ſucceſſiōe bonorū mariti venit vxor nondū ducta.& idē in viro quia par eſt cōditio eorū. Sic dicamus in caſu propoſito,vt ſeruetur ęqualitas,ꝙ aut lucra diuidātur,aut totum lucrum detur ſponſæ eum dote ſua per.d.l.18.

Reſponſio ad cōtraria. ¶ Et reſponde ad fundamenta adducta per dictos doctores đ Pala. & de Segura.vbi ſupra. Et primò ad legem primam ti. delas ganancias ſo.le.per quam nituntur probare, ꝙ reqratur ſimultanea cohabitatio vt lucra diuidātur inter eos per illa verba,compraren de conſuno. q̄ verba, vt ipſi dicunt,ponuntur pro ſimultanea cohabitatiōe. vt.l.ſtyli.in ordine.207.quia dico,ꝙ dicta lex rectè intellecta,non dicit illud, ad quod inducitur. dicit enim,ꝙ ſi vir & vxor aliquid emerunt ſimul cōſtāte matrimonio,debet inter eos diuidi. & ita intelligit ibi glo.ſed non negatur per iſtam legem & ſupradictas,ꝙ ſi ante traductionem vxoris ad domū dote recepta vir & vxor aliquid emerunt,debent diuidi inter eos quia ſi eſſet neceſſaria ſimultanea cohabitatio,ſequeretur,ꝙ lex.9.q̄ icipit.ſi vn ome. ſoro generoſorum.li...titul.3.de qua.l.facit magnū feſtum prædictus do.doctor de Pala.dicta repe.ſuper rubri.307.co.ver.amplia ſecundo.ac etiā lex.6. titu.delas labores y particio.ſo.le.eſſent correctæ. quia dicitur ibi,ꝙ ſi mortua vxore bona ſua reman ſerunt in communi cum bonis mariti, in diuiſione veniunt ea quæ maritus fuit ſuperlucrat⁹ cū dictis bonis communibus ſoluto matrimonio.ecce qualiter iſtę leges non requirunt ſimultaneam cohabitationem,ſed cōmunio bonorū, ꝙ vxor mortuo viro ſoluta eſt à lege viri:nec tūc dicūtur vir& vxor ſimul cohabitare.ſ.mortuo viro. vt.c.pe.& fi. de diuor.&.l.3.titul.12.quarta partita.Si ergo iſta cōmunio bonorum ſoluto matrimonio morte vnius contrahentium eſt ſufficiens vt lucra habita ſoluto matrimonio diuidantur,à fortiori,tradita dote, & cōſtante matrimonio,debēt diuidi inter maritum & vxorē, etiā ſi nō habitant ſimul.& iſtud argumentum eſt ſufficiens in iure. per authē. multo magis. C.de ſacroſan.eccle. ¶ Item reſpōde ad.d.legē.titulo delas ganancias ſo.legū.ꝙ nihil dicit de ſimultanea cohabitatione.ſed dicit. comprarē de conſuno. nā iſtud verbum,de conſuno, refertur ibi ad illud verbum cōpraren.quod verbū eſt generale, & pōt referri ad tempus ante cohabitationem.item ad tēpus,quo ſimul habitant.item ad tempus,quo matrimonium eſt ſolutū. quia emptio poteſt fieri ſimul de pecunia communi,licet ſimul non cohabitent. vt.l.nihil.& ibi Bar.ff.communi diui.&.l. 2. & ibi Bar.& Bal. C.pro ſocio.ſufficit verò,vt ibi dicitur, ꝙ ſint ſocij,& ꝙ habeāt rem in cōmuni in ipſa emptione. ¶ Itē iſtud verbum,de cōſuno,eſt relatiuū, & refertur ad ſuum antecedens,quod eſt, compraren.igitur in ipſa emptione debent ſimul eſſe, non tamen in cohabitatione dom⁹. Quia licet ſocij ſint in diuerſis domibus, dum tamen emptio fiat pro ambobus,vel pecunia cōi res empta erit communis,& debet inter eos communicari.vt dicit Bal.loquēdo inter fratres ſimul negociātes, ꝙ empta per vnum ex eis,debēt alteri communicari. & hoc tenet in.l.cū oportet,in princi. C. de bonis que libe. & in.l.1.C.ſi quis alteri vel ſibi. ¶ Item reſponde ad l.ſtyli,ꝙ nihil dicit ſuper intellectu.d.l.an requiratur ſimultanea cohabitatio vt lucra diuidātur. & miror,quia do.doctor de Segu.illā ad hoc induxerit:maximè,quia iuribus expreſſis cauetur contrarium. Quia mulier dum eſt cum marito,ſimul cum eo,nec ſeorſum poteſt obligari,nec tenetur ipſa ad debita contracta per maritum.vt.l.61.infra.cū alijs. niſi dicas,ꝙ tenetur,cum petit partem de multiplicatis conſtante matrimonio. vt ibi.& in. l. 60.infra. Et ſi dicatur ibi, de multiplicatis conſtante matrimonio,exempla non arctant regulā.quia , vt ſupra dixi,etiam

dixi, etiā de multiplicatis ſoluto matrimonio vxor & eius hęredes debent ſuam partem habere. Nec eſt credendū, ꝙ dictę leges corrigātur per.d.l.4.maximè in continenti.vt.l.pe.& ibi Bal. C. per quas perſo.nobis acqui. ¶ Item non ſequitur, ꝙ ſi ſponſus non ſubiit onera matrimonij, non debeat maritus cōicare vxori prædicta lucra, cùm non reperiamus hoc iure cautum. maximè, quia ſubire onera, pondus, & ſarcinam, damnoſum eſt marito: & vtinam parentes vxoris meæ alimenta ei præſtarent, & onera matrimonij ſupportarēt, quia maiora lucra tunc mihi & vxori meæ obuenirent. ¶ Et ſi ſtatutum eſt à iure, ꝙ maritus ſubeat onera matrimonij, eſt ad hoc, vt fructus dotis faciat ſuos, aliàs ſunt vxoris: nec ipſe lucratur eos, ſed ipſa.l.25.ti.11.quarta partita & .l.dotis appellatione.ff.de iure doti.
¶ Item ſi dicas, ꝙ ſponſa, ſiue vxor nōdum tradita, non ſeruit viro, & propterea non debēt ei lucra cōmunicari (concedo) attamen neq; vir non ſubeundo onera matrimonij debet habere fructus dotis receptæ. per dicta iura. ¶ Sed quid dices ad legem. 9. foro generoſorū. & ad legē.6.titu.de las lauo.& particio.fo.legū. quia ibi dicitur, ꝙ vxor mortua erat, nec viro ſeruiebat, nec poterat ſeruire: ſed quia dos ſua remanſit communis cū bonis mariti, hęredes vxoris extrahunt partem ſuam de ſuperlucratis ꝑ maritum, ſoluto matrimonio. Dic enim, ꝙ ſi nō ſtat per vxorem, quo minus ſeruiat viro, dote ſoluta, nō imputatur ei. vt inqt do.docto. de Segu. in quęſtio-
5a ne infra proxima. Item inquātū do.doctor de Pala. dixit, ꝙ ſi iſta dos data in pecunia periret, ſequeretur ꝙ periculo ſponſi periret, quod eſſe nō debet & ꝓpterea quod lucrum ex ea habitum nō debeat cōmunicari. Tene (ſalua eius pace) ꝙ nō ſequitur ex hoc, lucrum ex ea dote habitum, non debere cū vxore, vel cum ſponſa nondum tradita cōmunicari: dicens, ꝙ ſi cōmunicaretur, & dos periret, periculo ſponſi perderetur. verè loquitur contra iura expreſſa in.l.18.in parte.y porende. & contra legem. 19.20.& .21.ti.11.quarta partita. & contra legem primā.§. ſinautem.& .l.quotiens. C.de iure doti. & .l. plerunq;.§. ſinautem.ff.eodem. vbi dicitur, ꝙ ſi res tradita in dotē, ſiue in pecunia, ſiue in alia re æſtimata pereat antequā nuptię ſolenniter celebrentur ſponſę periculo periret, non periculo ſponſi. & econuerſo cōmodum ex ea dote habitum, etiam dū eſt apud ſpōſum, vel maritū, ante quā ducatur ad domū, ipſius eſt vxoris. perit etiā ſi ęſtimata nō eſt vt dictis iuribus. Et quia conſulendo dicit, bonum eſſe, ſi fieri poſſet, ex tali lucro prouidere ſponſę ad alimenta, ex quo dos datur ad alimentandam vxorem. Tu dic ſatis eſſe conſultum, tam ſponſę, quàm ſponſo circa hoc per iura regni. quia text⁹ dicit in.l. 1.in princi.d.ti.11.quarta partita. ꝙ cùm dos datur tacite, videtur actum, vt vxor ex ea alatur. poteſt itaque ſi vult alimenta petere, cùm debeantur ei, recepta dote. ¶ Item ſponſo eſt ſatis conſultum per.l. 28.d.ti.11.quarta partita. inquantum dicit, ꝙ ſi ſpōſus, dote recepta, alimenta pręſtat ſpōſę, facit fruct⁹ ſuos, nō aliàs. ideoq;, vt dixi, ſatis prouiſū eſt ſponſę: quia ſi non alitur ab ſponſo, ſuos facit fructus dotis. Et ex his habes, quid dicendum eſt in acquiſitis per maritū vxore nondū tradita domui ipſius mariti. ¶ Vnum tamē non omitto, ꝙ ſi vir & vxor ante traductionem ad domum, vel ipſe vir ſolus etiā dote non recepta cōmuni nomine.ſ. vxoris & viri, aliquam rem emit, erit cōmunis: & hoc, quia res illa empta eſt de conſuno. pro quo eſt bonus textus ſano modo intellectus, vt ſupra dixi. in.l.1.titulo de las ganācias. foro.legum.& .l.1.eodem titu. in ordina. ibi dum dixit, compraren de conſuno. quod poteſt conſtare publico inſtrumento. vt tenet Bar. in. l.titium.§.altero.3.co.ver. q̄ro an ſocietas.ff. de adminiſtr.tuto. vbi dicitur, ꝙ ſocietas cōtrahitur eo ꝙ cōtractus cōmuni nomine celebratur. ¶ Sed Bal. in c.1.prima co.ver.& nota diligēter de beneficio fra. ait non probari ſocietatē eo ꝙ per inſtrumentū cōſtat rem emptam de pecunia communi, ſecus ſi res cōmuniter ematur. vt.l.nihil.& ibi Bar. ff. cōmuni diui.& .d.l.2. vbi idē Bar.& Bal. C.pro ſocio. itaque emptio facta cōmuni nomine.ſ. vxoris & viri, erit cōmunis, licet nō cohabitent ſimul, non aliàs, ꝓpter iura ſuperius per me inducta de lege. 28. cum aliis. quarta partita.& .l.17.ti.2.li.4.foro juzgo. per quę iura remanet vera opinio do.doc.de Pala.& d Segu. vbi ſupra. quamuis non per fundamenta per
5a eos inducta. ¶ Sed pone, ꝙ † vxore iam ducta ad domum, marit⁹ eam expulit ſine cauſa, & interim ipſe marit⁹ aliqua bona acquiſiuit, ipſo matrimonio durante: nunquid maritus debeat vxori dicta lucra cōicare. Iſtam quæſtionem mouet do. doctor de Segu. in.d.repe.§.ſed & ſi fundum.l.vnum ex familia.10.co.in fine.ver.tertio caſu.de lega.2. vbi dicit, ꝙ maritus tenetur dicta lucra vxori cōicare. Ad quod probandū primò allegat textū.in.l.ſi filia. ff. de diuor. vbi dicit tex. ꝙ ſi pater pro filia emancipata dedit dotē, quā ſtipulatus eſt ſibi reddi, filia in matrimonio decedēte, aliàs ꝙ ipſe vir lucraretur dictā dotē: filia in odiū patris ꝓpter amorē quē erga virū habebat, diuertit, & ſic in matrimonio dceſſit, vt vir dictā dotē lucraretur. habetur in.d.l.ſi filia. ꝙ patri erit ſuccurrēdū ꝓinde ac ſi filia nō diuertiſſet. Ita putat dicēdū in pręſenti. cùm marit⁹ habeat vxorem, ſi ipſa ſtaret in matrimonio cū marito, erat lucratura medietatem bonorum: ſi igitur maritus eam expellit à conſortio ſuo, ipſa non eſt in culpa: & perinde debet habere, acſi in matrimonio permaniſiſſet, cùm hoc caſu videatur maritus expellere animo eam defraudandi in dictis lucris. nā dicta expulſio ſine cauſa, cùm ſit de genere malorum prohibitorumque, mala fide fieri pręſumitur, & in fraudem. vt in.l.item ſi obſtetrix.§.fi. cum lege ſequenti.& .l.itē mela. in princi.1.reſponſo. ff. ad legē Aqui. tex.& notat do. Abb.& alij i.c. cū dilecti. de ac-

ꝺti.de accuſatio.&in.c.1.vbi hoc notat Inno.Abb.
& moderni. de præſump . & per hoc limitat quod
notat Bar.in.l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de no-
ui ope.nunciatio.Et omnia iura , quæ dicunt , ꝙ ſi
factum poteſt ſe habere ad delictum & nō delictū,
debemus pręſumere in meliorem partem.per legē
merito.ff.pro ſocio.quia illud eſt verum , quando
pariter & indifferenter ſic ſe poteſt haberi , ſecus
quando factū de ſui natura regulariter eſt malum:
licet poſſit excuſari aliqua ratione,tūc ſi excuſatio
non probatur,debemus præſumere in peiorē par-
tem.ita dicit Petr⁹ de Ancha.quem ibi refert & ſe
quitur Ioā.de Ana.in.d.c.cū dilecti. Eodem modo
dicit poſſe intelligi qđ notat Bal.in.c.cum tu. de te
ſti.per illum textū.ꝙ vbi eſt dubium tēporis,præ-
ſumitur in benigniorē partē. Per quod etiam poſ-
ſet limitari illud,quod alibi ponit Bal.in.l.precib⁹.
6.col.C.de impu. & aliis ſubſtitu . inquit,ꝙ in de
lictis ſemper pręſumitur,ꝓ eo,ꝙ delictum excuſat.
per.d.l.meritò.ꝙ ſit hoc verū,quando actus ſe ha-
bet ad bonum & malū:ſecus quando de ſui natura
eſt malum.ita tenet ipſe Bal.in.l.1.2.co.ff. ſolu. ma.
per gl.in.l.2.C.đ petitio.hęre. Ita ergo dicit in pręs-
ſenti,ꝙ cum expulſio vxoris à marito facta dicatur
factum prohibitū.& de ſui natura malum,quod pa
tet ex eo,ꝙ eſt punibilis talis expulſio per textum
in.l.fi.C.de repudi.& per textū in.c.pręcipit.&.c.
quidquid.32.q.5.vbi dicitur,ꝙ debet excōmunica-
ri,qui propriam vxorem expulit . quòd debemus
intelligere dictam expulſionē in malam partem,&
in fraudē ipſius vxoris fieri.igitur fraus mariti cir
ca lucra amittenda nō debet nocere vxori,quemad
modum fraus filię circa lucrum dotis nō debet no
cere patri.per dictā.l.ſi filia. ¶ Itē facit.quia cū iſte
marit⁹ dolo deſinat vxorem tenere in ſuo conſortio
habetur ac ſi vxorē in cōſortio & ſimultanea coha-
bitatione haberet.argu.tex.in.l. ſin autem. §. ſed &
is.ff.de rei vendi.& bene facit.l.8.titu.delas fuerças
y daños.fo.legum.vbi dicitur,ꝙ ſi famulus recedit
à domino ſuo,amittit lucrū,quod exinde ſperabat
cōſequi per conuentionem factam cum domino.Si
tamen dominus malicioſe deſinit tenere famulum
in ſuo ſeruitio vel conſortio. & illum expulit , vel
quid aliud fecit iniuſtū propter qđ famulus receſ-
ſit,imputatur domino,& tenetur famulo pretium
conuentionis ſoluere . ¶ Tertiò facit arguendo ab
abſurdo.quod argumentū eſt validum in iure . vt
dicit Bal.in.l.conuenticulā.C. de epiſcopis & cle.
Nam ſi in caſu,quo maritus expellat vxorē , obten
ta durante matrimonio per eum vxori non cōmu-
nicaret,diceremus,ꝙ maritus ex ſuo delicto conſe-
quebatur commodum.quod eſt contra textum in
l.3.§.1.ff.de donatio.inter vir.& vxo.&regulā.non
fraudantur.§.1.ff.de regu.iu ¶ Quartò facit. nā quā
uis vxor habeat medietatem dictorum bonorum,
hoc non habet à marito,ſed potius à lege . notatur
in.l.fi.C.de bonis mater.& in.l.3.ff.de interdic. &
rele.ergo cùm tale beneficiū à lege ſit indultū vxo-
ri per maritum,non eſt auferendum.per regulā.in
dultū.de regu.iu.li.6. ¶ Quintò facit.quia cū vxor
lucretur dictam medietatem ſi cum marito cohabi-
tauerit.vt.d.l.ti.delas ganancias. ſi per vxorem nō
ſtetit, quominus dicta cōditio adimpleretur , eo ꝙ
ſtetit per maritum,talis conditio habetur pro im-
pleta.l.quę ſub conditione.§.quotiens.ff.de condi-
tio.inſti.&.l.iure ciuili.ff.de conditio.& de.qua,ꝓ-
pter dicta vxor habebit dictam medietatem lucro-
rum ſtans extra ſimultaneam cohabitationem viri.
ac ſi ſecū cohabitaſſet,cùm per eam non ſtetiſſet. ꝑ
regulā.imputari.de regu iu. li. 6. ¶ Sextò facit tex.
in.l.ſi.C.de repudi.qui dicit, ꝙ maritus expellens
vxorem ſine cauſa iuſta,punitur in hoc,quia tene-
tur ſuæ vxori dare quartam partem bonorum ſuo-
rum.ecce ibi tex , per quē patet,maritum expellē
tem vxorē ſine cauſa, pati pœnam circa bona.Si er
go ibi punitur in bonis,quę ſunt propria mariti , à
fortiori veniet puniendus in bonis, quæ ſibi defe-
runtur à lege . ¶ Septimò facit. ſi ſunt duo ſocij, &
vn⁹ callidè& malicioſe renūciauit ſocietati,hoc ani
mo,vt lucrū ſibi obueniēs ſibi ſoli acquirat,& non
communicet alteri ſocio:ſi poſtea ſocio à ſocietate
expulſo aliquod lucrum eueniet ,tenetur & ſocio
cōmunicare.textus eſt notabilis in.§.manet . inſti.
de ſocieta.&.l.12.ti.10.quinta partita.Cùm igitur in
ter virū & vxorem ſit contracta ſocietas diuinæ &
humanæ domus.vt.l.aduerſus.C.de crimi.expi.hæ
re.&.l.1.ff.de donatio.inter vi. & vxor. & bonorū
hodie per.d.l.1.titu delas ganancias.& maritus cal-
lidè & fraudulenter,vt ſupra eſt dictum, vxorē ex
pulit à ſua ſocietate,nimirum ſi interim aliquod lu
crum acquiſiuit, tenetur vxori illud cōmunicare.
nā iſta ſocietas tacita à lege inter virū & vxorē nō
eſt minus priuilegiata,quā illa,quę expreſſe con-
trahitur inter ſocios.vt tenet notanter Bald.quē ibi
ſequūtur moderni in.l.re iudicatę.§. ſocero.ff.ſolu.
matrimo.Et quemadmodū ſocietas expreſſa, quæ
inter ſocios cōtrahitur,eſt quędam fraternitas.l.ve
rū.in princi.&ibi Bar.1.nota.ff.ꝓ ſocio.&in Spe.de
iudi.§.ſpecialia vero.ad finem.ita ſocietas contra-
cta inter virū & vxorē eſt quædā fraternitas.vt di-
xi. ¶ Octauò ad hoc facit qđ dicit Bal.in.l.co. 3. C.
de lega.& dictū Ioā.de Platea in rubrica . de fugi.
colo.li.11.& tex.in.§.ſi.inſti.de inge.&manu.Fede.
de Se.conſilio.17.incipi.domino Corrado.quē re
fert Præpo.in .c . plerūq;.4.co.ver.quęro maritus
de donatio.inter vi.& vxo.& quod notat.Bal.in. l.
quod in vxorem.C.de nego.ge.& ibi Pau . de Ca.
qui dicunt,ꝙ ſi maritus expulit vxorem de domo,
tenetur eam alimentare extra domum. Idem tenet
Raine.de for.in.l.gaio §. fi . ff . de alimen. lega . &
facit.l.ſi cōuenerit.ff.pro ſocio.tenet Auguſti.in ad
ditio.ad Angelum ī ſuo tracta.maleſi.in parte thee
meai adulterato.4.colu.additio.incipienti . tu autē
53 in hac materia. ¶ Quid tamen econtra.ſi † vxor nō
vult ſtare

vult ſtare cum marito, ſi aliqua interim ipſa acquiſiuit, do. doctor de Segura vbi ſupra.13.co.ver.quarto caſu dicit, quòd tenetur eidem viro communicare, per ea, quæ ſuperius ſunt dicta. Et facit pro iſta parte dictum Baldi.in.d.l.quod in vxorem. C. de negotiis.ge.& in.d.l. 1.2.colu. C.de legatio. verſiculo.tertio dubitatur. & eſt optimus textus.in.l.quinta. ti. delas penas fo.le. vbi dicitur, ꝙ ſi vxor contra voluntatem mariti receſſit de domo ſua, perdit ea, quę fuit lucrata cum viro conſtante matrimonio.& quaſi idem dicit lex.1. &.15.ti.17. ſeptima partita.

meytad de bienes[i] y la tal manda en lo que de derecho deuiere valer.[k].

Q°. ¶ Quæro inſuper. ſi vir & vxor ſunt inuicem ſeparati propter aliquam cauſam cum diſpenſatione, de qua in.c.ex publico.de conuer.coniuga. & poſtea aliquis eorum aliquid acquiſiuit, an teneatur alteri dictum lucrum communicare. Vide do. doc.de Segu.vbi ſupra.13.co.vbi dicit, ꝙ vnuſquiſque ſibi acquirit lucratum ab eo. Quod patet. quia cum ſint iuſta cauſa ſeparati, iam non ſunt vir & vxor, ergo non habet locum lex loquens de lucris communicandis: cùm certum ſit, ꝙ non ſint vir & vxor poſt dictam ſeparationem cum cauſa venientem. Et facit optime.d.l.1.titulo delas ganan. fo. le. &.l.1.eodem titulo in ordina. vbi dicitur, compraren de conſuno. quia hi, qui ſunt ſeparati iudicio eccleſiæ, & habent ſua bona ſeparata, non dicuntur inſimul habitare, nec inſimul emere, nec aliquã

Quæſtio. inter eos ſocietatem habere. ¶ Quid enim ſi vir & vxor ſe ad inuicem ſeparant, ſeorſum habitando, promittendo ſimul caſtitatem, an lucra habita per vnum, ſint inter eos communicanda. Et prędictus doctor de Segu.vbi ſupra.14.co.dicit. ꝙ non: quia cùm ambo ſint ſeparati, & cohabitent ſeorſum, nõ ſimul, ꝙ vnuſquiſque ſibi acquirit: quia nulla eſt inter eos communio, vel ſocietas: & ꝙ poſſint ſe ad inuicem ſeparare quo ad thorum, promittendo ſimul caſtitatem. eſt glo.& ibi Abb.in.c. veniens. de regula. notatur in.c.dudum.de conuerſio.cõiuga. notat Prępoſitus in.c.præterea.el.1.ſecũda co.de ſpõ-

Q°. ſa. ¶ Item quid ſi vxor ſeparatur à viro quo ad thorum propter eius ſæuitiam & crudelitatem, eo ꝙ non facit cum vxore vitam maritalẽ. Et in hoc prædictus doctor de Segu.vbi ſupra. dicit, ꝙ non ſolum eſt dos vxori reſtituenda. vt.in.c.1.& ibi Abb. de donatio.inter virum & vxorem.& Bal.in.c.1. prima co.3.nota. vt lite non conteſ. verumetiam medietas lucrorum ante dictam ſeparationem per virum obtentorum. Iſte eſt tex.cum ſua glo.in.c.ſignificauit.de donatio.inter vi.& vxor. iunctis his, quæ dicit Abb.in.d.c.1.de donatio.inter vi.& vxor. Ideo conſulit vxoribus petentibus ſeparationem quo ad thorum propter dictam ſęuitiam, vt non ſolum petant à maritis ſuis dotes ſuas, verũ etiam medietatem bonorum, quę ante dictam ſeparationem viri acquiſierunt. quod ipſe multotiens vidit omiſſum ab aduocatis mulierum. ¶ De obtentis tamen poſtea vxor non communicabit: quia ſua petitione à viro eſt ſeparata in facie eccleſiæ, licet vir fuit cauſa ſeparationis.

¶ Ley dezisiete.

QVãdo el padre o la madre[l] mejorare a alguno d̃ ſus

i ¶ De bienes. Quæro iuxta hoc. pater in teſtamento reliquit filio ſuo nudam proprietatem cuiuſdam fundi, & vſumfructũ reliquit filiæ ſuæ, hoc acto, ꝙ mortua filia, vſuſfructus conſolidaretur cum proprietate, & totũ eſſet penes filium ſuum. deceſſit filia, ſtante fratre ſuo in matrimonio: & obtento vſuſructu deceſſit & frater: quæritur nunquid in medietate bonorum, quam vxor iſtius defuncti deberet habere de multiplicatis conſtante matrimonio, habeat etiam medietatem vſuſfructus fundi habiti conſtante matrimonio. Quæſtio eſt notanda, de qua vide quod dixi in.l.infra. Q°.

k ¶ Deuiere valer. intellige ſtantibus liberis valere vſque in quintam partem bonorum teſtatoris. ¶ Et eis non ſtantibus, ſed aſcendentes, vſque in tertiam. vt de primo eſt tex.in.l.9.titu. delas mandas. foro.le.de ſecundo in.l.6.ſupra. ¶ Deficientibꝰ his valebit legatum in totum.l.1.ti.delas heren.foro.le. &.l.27.infra cum aliis.

Summarium.

1 *Bona aliena, an & quando poſſunt vſucapi.*

87 ꝙ † ſi debitor poſsidet inſtrumentum debiti,præ-
ſumitur liberatus.text.eſt in.l.ſi chirographum. ff.
de proba.de quo per Bar.& Iaſ.in.l.labeo.§.primo
ff. de pactis.

Adde. Intellige,ꝙ prȩſumitur liberatus,quā
do nō apparet ꝙ creditor tradidit in-
ſtrumentū debitori.nam tūc iſta prȩ-
ſumptio nō eſſet iuris & de iure , ſed iuris tantum.
Ideo ſola prȩſumptio iuris nō eſt ſufficiens ad pro
bandū debitorē eſſe liberatū, vt plenè Archi.in.c.
hūc numerū.86.di. propterea admittitur probatio
in cōtrariū.vt in.c.propoſuiſti. de probatio.l.ſi chi
rographū.ff.eodē titu. ¶ Itaq; habēs pro ſe prȩſum
ptionē iuris,tranſfert in aliū onus probandi cōtra-
rium,& ſic in aduerſariū.ita Bal in. l. ſiue poſside-
tis.in princi.2.nota.&.2.co.in ver. ſed quæro.C.de
proba.habetur in ſpe.de probatio.§.1.in.ver.ſecun
dum.vbi plenè.& in.§.3.verſiculo.quinto per prȩ-
ſumptionem. ¶ Si verò probatur,ꝙ inſtrumentum
fuit traditū à creditore debitori,eſt probata libera
tio,& ſic ſolutio debiti.vt.l.1.§.illo.&.§.ſed me furā
di.C. de latina.liber.tollen.& ibi Bal.pe.co. &.l.fi.
C. quādo fiſcus vel prin.plenꝰ Feli. in.c. accedēs.
el.1.poſt Abb.1.co.in princi.cum ſequē.vt lite non
cōteſta.ſecūda cōcluſione. ¶ Quid ſit prȩſumptio.
& quotuplex ſit,habetur per glo.in.c.is qui.de ſpō
ſa. plenè Barto.in ſuo reportorio,in parte præſum-
88 ptio. ¶ Vigeſimuſquartus. ꝙ † ſi eſt vendita res
duobus,ille prȩfertur,cui tradita eſt poſſeſsio.tex.
eſt in.l.quotiens. C.de rei vendi.&.l.1. titu. quin-
to. quinta partita.

Adde. Quod prȩfertur is,cui priꝰ tradita eſt
poſſeſsio,ſi prius ſoluit pretiū vendi
tori,nō aliàs. ita dicit text. ſingularis
& mēti tenēdus in.le.S. ver.otroſi dezimos . titu.5.
quinta part.notat Bal.in.l.quotiēs. C.de rei vēdica.
89 ¶ Vigeſimuſquintꝰ † ſi cauetur ſtatuto,ꝙ filiuſfa-
milias non poſsit facere contractū. vel mulier cōiu
gata.vt eſt hodie ſtatutum per.l.55. infra. nō poſsit
facere contractum filiuſfamilias ſine conſenſu pa-
tris. vel mulier ſine conſenſu viri.ꝙ ſi ille cum quo
filiuſfamilias ſeu mulier contraxit poſsidet præ-
ſente patre vel marito longo tēpore,prȩſumitur cō
ſenſus patris vel mariti interueniſſe.tenet Bal.in.l.
filiuſfamilias.C.de petitio.hȩre.& Ang.in.l.qui in
aliena.§.1.ff. de acq.hȩre.dixi in. d.l.55.infra. ¶ Vi
90 geſimuſſextꝰ.ꝙ † ſi reperiātur duo teſtamenta eo-
dem die cōfecta,nec apparet quod ſit prius vel po
ſterius,quo caſu neutrū valet ſecundū glo. in. l. fi.
C.de edic.diui Adri.to.tamē ſi vnus poſsidet hære
ditatem virtute vnius teſtamenti,illud prȩſumitur
poſterius,& per conſequēs valet.tenet Bar. in. l. 1.
ff.de bono poſſe.ſecundū tabu. ¶ Si tamen reperiū
tur duo inſtrumenta eadē die confecta cum hypo-
theca, & neſcitur quod prius, nec quod poſterius,
& in vno erat promiſſum ſalarium doctori, in alio
erat alia cauſa priuata,ꝙ præſumitur anteriꝰ illud,
in quo eſt promiſſum ſalariū doctori.Iſtud eſt ſin-
gulare verbū Bal.arguēdo.de doctore ad ſalariū in
l.1.ff.ſolut.matrimo.refert Fran.cremē.cōſi.ſuo.34.
Idem & multò fortius eſt dicendū , ſi reperiuntur
duo teſtamenta eadem die confecta,quia prȩfertur
illud in quo inſtituitur cauſa pia. & hoc quando
eſt inter extraneos.

Adde. Idē tenet Oldra.cōſi.143.nu.2.de duo
bus impetrantibus eodem tempore.
91 ¶ Vigeſimuſſeptimus † ſi inter cōiu-
ges eſt facta conuentio,ꝙ is ſuccedat alteri,qui po-
ſterior deceſſerit ſine filiis.vt habetur in.l.9.tit.de
las herencias.foro legū.& ambo deceſſerūt,nec ap
paret quis eorum poſterius deceſsit : ꝙ ſi hæredes
vniꝰ poſsident bona alterius,illi præſerūtur in ſuc
ceſsione.quia is præſumitur priꝰ deceſsiſſe, cuius
bona ſunt per alterū detēta. facit ſingulare dictum
Bar.in.d.l.donationes.C.de donatio.inter virū, &
vxo. idem Bar.in.l.ſi inter.ff.de rebus dubi.

Adde. Quod eſt verum , licet grauiora vul-
nera ſuſtineat mulier quā vir ſecun-
dū glo.in.l. nihil.in verbo,grauia. ff.
de adulte.tenet etiā Pe.de Ancha.in cōſil.ſuo.285.
¶ Si tamē bona nō ſunt ab aliquo detenta, præſumi
tur mulier prius deceſsiſſe.ita Spe.titu.de procura
tore.ver.25.2.co.per tex.in.l.ſi inter virū. ff. de re-
bus dubi.&.l.qui duos.§.fi.&.l. cum pubere. eodē
92 titulo. ¶ Vigeſimuſoctauus.ꝙ† poſsidēs ciuiliter
poteſt conueniri rei vendicatione. glo.in.l. Pōpo-
nius.§.ſi is qui precario.ff.de acqui.poſſe. ¶ Poteſt
etiam conueniri actione ad exhibendū. vt.l.3. §.fi.
ff.ad exhiben. vnum tamē eſt,ꝙ ſentētia cōtra eum
lata non nocet naturaliter poſsidēti.glo.eſt in. d.§.
ſi is qui.& ibi bar.& Alex. ¶ Vigeſimuſnonus.ꝙ
93 † licet titulus trāſactionis non ſit ſufficiēs ad præ-
ſcribendū:tamen ſi cum eo cōcurrat poſſeſsio,erit
ſufficiens.tex.& glo.hoc tenent.& ibi Bal. in.l.pe.
94 C.de vſucap.pro emp. ¶ Trigeſimus.ꝙ † licet quis
cedēdo rei vendicationē non transferat dominiū.
vt eſt glo.notabilis.in.l.planè.ff.familiȩ her.tamen
ſi poſſeſsio erat penes illum,cui facta eſt ceſsio,trā
ſit ſtatim dominiū.tex.eſt in.l.quædā mulier.ff.de
rei vēdi.ponit Sali.in.l.1.ad finē.C.de actio.& obli
refert & ſequitur Socin. in.l. naturaliter.§.nihil cō
mune.6.co. ff.de acqui.poſſe. ¶ Trigeſimuſprimꝰ.
95 † ꝙ ſi egi rei vendicatione contra aliquem,& pen
dente lite ſuperuenit mihi poſſeſsio, extinguit iu-
dicium ſtatim quo ad reum principalem,nō quan
tū ad acceſsiones.ponit Bar.in.d.§.nihil cōmune.5.
96 colu.poſt glo.ibi. ¶ Trigeſimuſſecūdus.ꝙ † poſsi
dens ciuiliter habet interdictum vnde vi.tex. in.l.
1. §. ſi deiicitur. ff. de vi & vi. arma.notatur in. d.

§.qui

ſequi ad nūdinas. ☞ Trigeſimuſtertius: ꝙ vbi quis poſsidet, pręſumitur poſsidere ex titulo pręcedēti & ab eod. glo. eſt ſingu. in. l. quędā mulier. ff. de rei ven. de qua facit ſeſtū ibi Ange. Bar. in. l. nō ſolum. ff. de vſucapio. refert & ſequitur eum And. Sicu. in rub. de cau. poſſeſsio. & proprie. ☞ Trigeſimusquartus, ꝙ ſi poſſeſſor emit titulum à vero domino, non dicitur emptor litis, cū ſe in poſſeſsione defendat: etiam ſi minus iuſto pretio emat. Bald. ſingulariter in. l. per diuerſas. 2. co. C. mandati. quod verū etiam ſi emat cōmoditatem emphiteoſis vſuſfructus feudi vel ſuperficiei. quod poteſt contra proprietariū ſecundū Bal. ibidem. ¶ Trigeſimusquintus, quia in pari delicto eſt potior cōditio poſſeſſoris. tenet. Bal. in. l. quotiēs la. 1. ſecūda. co. C. de fideic. ¶ Trigeſimusſextus, ꝙ poſſeſſor hęreditatis poteſt vendere pro ære alieno ſoluēdo, & expēſis in rebus faciendis. l. non ſolū. & ibi Auge. ff. de petitio. hęre. ¶ Trigeſimusſeptim⁹, ꝙ poſſeſſor regulariter nō cogitur dicere titulū ſuę poſſeſsionis. Spe. in ti. de inter. quę fi. in iudi. §. 1. ver. neget. Bal. in. l. ſiue. 1. co. C. de probatio. q͂a nec cogitur reſpōdere poſitioni. de dominio. l. in ſpeciali. & ibi docto. ff. de rei ven.

97 ¶ Et nota † ꝙ licet per cōſtitutionē precarij traditio poſſeſsionis ſit ficta, poſſeſsio tn̄ eſt vera, vt ſupra dixi. & tenet Bar. in. d. l. ab emptiōe. vbi glo. ff. de pactis. idē Bar. in. l. ſi is qui. vlt. co. ff. de vſucap. ☞ Intellige ꝙ trāſfertur poſſeſsio ciuilis nō naturalis, niſi fiat inſtrumētū in facie fundi vēditi vel donati. tenet Bar. in. l. 2. C. de acqui. poſſe. & Abb. in. c. a. 3. co. in glo. vlti. de cōſue. Bar. in. l. prędia. oppo.

98 2. ff. de acqui. poſſe. ¶ Sed quęro, an † trāſferatur poſſeſsio per licentiā intrādi poſſeſsionē. Bal. in. l. neceſſarias. ff. de pigno. actio. & in. c. 1. 2. col. quid ſit inueſti. Hoſti. Inno. & Abb. in. d. c. 2. de conſue. Flo. in. l. ſeruitutes. 3. col. ff. de ſeruitu. tenent ꝙ ſic. Ratio, quia paria ſunt tradere poſſeſsionem, vel eam relinquere vt alter ingrediatur. vt per Bal. in. l. ſi. C. quādo fiſcus vel priuatus. ☞ Contrariū eſt verū, quia verbalis inueſtitura nō tranſfert poſſeſsionē, ſecundū eundē Bald. in præludiis feudo. 10. col. ☞ Etiā ſi poſſeſſor eam velit poſſeſsionē trāſferre, ſecundū Bal. in. d. c. 1. 4. co. in fine. Quid ſit inueſtitura, tenet Inuo. in. c. ex ore. de his quę fiūt à maio. parte ca. & ibi Io. And. in noue. & in. c. cū m. de cōſti. in noue. ☞ Pōt tamē inueſtitus capere poſſeſsionē propria authoritate ſecundū Ang. in. l. ſi vacantia. in lectura de bonis vacan. li. 10. & Bald. in. d. c. 1. 2. co. Inn. in. d. c. ex parte. de cōſue. Bal. in. d. rub. de cōtrahē. emp. 17. q. & in. l. traditionib⁹. C. de pactis. ¶ Idem dico in licētia vel mādato iudicis de mittēdo aliquem in poſſeſsione: quia nunquā videtur tradita poſſeſsio, niſi corporaliter & realiter tradatur, quāuis licētia de intrādo vel de mittēdo in poſſeſsionem ſit obtēta. ita dicunt Abb. & docto. in. c. cum aliquibus. 2. & 3. co. de re iudi. per. l. licet &. l. poſsidere. C. de acqui. poſſe. ſolo enim verbo non

Contra.

tranſit dominiū nec poſſeſsio. vt. d. l. traditionibus C. de pactis. & l. diuiſionis placitū. ff. eodem. ☞ Ni-

99 ſi † in ipſo verbo, ſeu per ipſum verbū mutetur cauſa poſſeſſoris. vt. l. ſi ſpōſus. §. 1. ff. de iure do. vnde ſine poſſeſsione non dicitur proceſſum ad actū cōferentē ius in re, vt latè per Bal. in dictis prælu. feu. 7. co. ver. per primā. & ibi latè in additione ſuper parte trāſfertur poſſeſsio. & in. d. c. 1. in fi. vbi dicit Bal. notāter, ꝙ ſunt tres caſus, in quib⁹ trāſfertur poſſeſsio ſolo animo, q notātur in. l. poſsideri. in princi. ff. de acqui. poſſe. & in. §. interdum. inſti. de rerū

110 diui. ¶ Super quo formo vnā quęſtionē, & eſt, † Nūquid ille, cui eſt facta donatio de tertio & quinto, vel is, cui res vēdita eſt, ſed nō tradita, poſsit ſe opponere, ne terti⁹, cui ſimiliter facta eſt donatio de tertio & quinto, mittatur in poſſeſsionē rei donatę? Tene ꝙ nō. ſecūdū Ia. bu. in. l. manifeſtiſsimi. C. de furtis. & l. ad eum. §. fi. ff. de donatio. & ratio ſecundū Bal. in. d. c. 1. quid ſit inueſti. 1. co. ver. extra nota. quia inueſtitura, neq; actus donationis vel vēditionis non dat verā poſſeſsionē extra rē: & propterea prim⁹ emptor rei, cui nondū eſt tradita res vēdita, nō poteſt agere cōtra ſecundū emptorē, cui res fuit tradita. per. l. quotiens. C. de rei ven. ☞ Sed contra venditorem poterit agere. per. l. qui duobus. ff. de falſis. tenet Bal. in. d. l. quotiens. 1. col. ☞ Sed ratio, quę mihi videtur, quare is, cui facta eſt donatio, nō poteſt ſe opponere, ne alter, cui donatio facta eſt, mittatur in poſſeſsionē rei donatę eſt: quia per ſecūdam donationē videtur prima donatio reuocata. vt per Bal. in. l. ſtichū qui me⁹ erit. de lega. 1. ☞ Quod intellige, quādo primo donatori nō fuit prius data poſſeſsio verè vel fictè: quia ſi fuit tradita, poteſt ſe opponere, & impedire miſsionē ſecundi: cum ipſe per traditionē effectus ſit verus dn̄s. vt in. l. iſta. cū ſimi. ☞ Et per ſupradicta dicit And. Sicu. in. d. c. 1. col. 3. ver. facta. quid ſit inueſti. ꝙ nō dicitur plenè beneficiatus, qui non habet poſſeſsionē beneficij. per. c. cū in cunctis. de electi. ☞ Pręterquā in prouiſione ſeu collatione facta à papa, iſto modo, aſsignamus tibi tale caſtrū, et cū plenitudine iuris. vel per alia verba ęquipollētia. quia tūc non eſt neceſſaria poſſeſsio facti. quia apud papā eſt plenitudo poteſtatis ſupremę, et ſuprema poteſtas. notatur in. c. volumus. 16. q. 6. & in. c. capitulū ſanctę crucis. de reſcriptis. & argumēto illius textus nota. Archi. in. c. ſi clericus. de prębē. li. 6. quibus caſibus non ſit neceſſariò poſſeſsio facti. tenet And. Si. in. d. additio. dixi ſupra. & in. l. 45. infra. vbi vide. & Alex. in. d. l. quod meo. vbi notāter loquitur. & faciūt notata p glo. in. l. 2. C. de dote cau. nō nume. vbi dicitur, ꝙ tantum operatur illud quod habetur loco traditionis ad hoc vt cōfirmetur, quantū & ipſa traditio. tenet etiā Bal. in. l. 2. C. de inoffi. donatio. & Ang. in. l. a. C. de vſura. pro Do. tenet ſuccinctè do. doctor de Segu. in repetitio. §. ſed & ſi fundū. l. vnū ex familia. 10. ſol. 1. co. in fine. verſi. & ex hoc infero. ☞ Et ego

Quęſtio. *Ratio.* *Limita.* *Infertur* *Infertur*

etiam ex ſupradictis infero, ꝙ ſi is, cui facta eſt donatio de caſtro cum plenitudine iuris per papã vel principẽ reperiret ab alio poſſeſsionẽ occupatam poſt donationem, poſſet donatarius contra occupãtem rem donatam agere interdicto vnde vi: etiã ſi non haberet corporalẽ poſſeſsionem: cùm per donationem factã à principe trãſferatur poſſeſsio, ſaltem ciuilis: quę, vt ſupra dixi, eſt efficax ad agendũ interdicto vnde vi.

cosa o coſas enel dicho tercio contenidas a la perſona a quien la fiziere, o a quien ſu poder ouiere, o le ouiere entregado ante eſcriuano la eſcriptura y dello, o el dicho contrato ſe ouiere hecho, por cauſa onerosa z con otro ter

y ¶ La eſcriptura.
101 Nota ex. l. iſta, q᷈d † tradendo inſtrumentũ, videtur donans rem tradere, & poſſeſsionem rei. concor. l. a. &. 10 titulo de
Concor. las donaciones. foro legum. & l. 1. eodem titulo. C. & l. 8. titu. 30. tertia partita. ¶ Ex his etiam appa-ret, quod traditione inſtrumenti rei donatæ perfi-
Limita. citur donatio. ¶ Quod eſt verum, ſi res donata contenta in ſcriptura erat præſens, ſecundum glo. in. l. prima & ibi docto. & Bald. C. de donatio. And.
Contra. Sicul. in cap. 1. quid ſit inueſti. ¶ Sed tene contrarium. Imò ſi res donata non ſit pręſens, tradendo ſcripturam rei donatę videtur res tradita & poſſeſsio rei. vt ſupra dixit. tex eſt notabilis in. d. l. 10. in principio. & dicta. l. 2. titulo delas donaciones.
Limita. foro legum. & dicta l. 1. eodem titu. C. ¶ Quod in-
102 tellige † ſi poſſeſsio rei donatę erat penes donatorem tempore donationis inſtrumenti. aliàs opus eſſet corporali apprehenſione. vt. l. ſecunda. §. 1. ff. de acqui. poſſeſsio. ¶ Et adde quòd traditio inſtrumenti habet vim ceſsionis. tenet Bald. in l. fina. C. quando fiſ. vel priua. & notatur in. l. a. C. de do-
Quæſtio. lo. ¶ Sed pone, quòd donator vel venditor non tradidit inſtrumẽtum quod habebat in titulum rei donatę, vel venditę, ſed loco poſſeſsionis & pro ea tradidit donatario vel emptori inſtrumentum in quo continetur donatio vel venditio ei facta, ideſt inſtrumentum in quo teſtificatur de ſua donatione vel venditione. an ſufficiat pro poſſeſsione traditio illius inſtrumenti. Videtur quòd non. argu. text. in dicta. l. 2. titulo delas donaciones, foro le-
Contra. gum. &. l. 1. eodem titulo. C. cum ſimi. ¶ Sed contrarium eſt verum per textum ſatis ſingularem, in dicta. l. 10. in principio. titulo delas donaciones. foro legum. ibi dum dicit, ſi le hiziere ende carta y ſe la diere. & dicta. l. 8. titulo. 30. tertia partita. quæ in expreſſo hoc affirmat. dicens quòd non ſolum dando quis inſtrumẽtum per quod habuit rem donatam, verum etiam ſi aliud de nouo facit tradẽdo id, tranſfert poſſeſsionem in donatarium ſine corporali apprehẽſione. quod nota, quia duo optimi aduocati contrarium ſentiebant, quouſque explanaui eis ſupradicta iura. ¶ Et nota quod † ſicut per
103 traditionem ſcripturę tranſfertur poſſeſsio vt ſupra & text. in. l. iſta. ita ex inciſione eiuſdem ſcripturæ retranſfertur poſſeſsio. notat glo. ſingularis in. l. ab emptione. ff. de pactis. tenet Bald. in præ-lu. feu. 7. co. & in additio. in parte & nota quid ſit. per. d. l. C. de nouatio.

Adde. Et dictã glo. in. l. ab emptione. ff. de pactis. ad hoc illam cõmendat Ludo. Ro. ſingula. ſuo. 134. & ibi in additiõe dicitur, ꝙ Ange. ibi cõmẽdat. d. glo. & dicit illã vnicam & ſingularẽ. ¶ Po Quæſtio.
no inſuper. pater donauit, vel legauit filio ſuo, vel extraneo fundũ, quẽ nuper ipſe emerat ab alio, ſed nõ tradidit filio inſtrumẽtũ, quod habebat emptionis: nunquid defuncto patre filius poterit vẽdicare ab aliis hęredibus prædictũ inſtrumentũ: an debeat remanere penes hęredes donatoris? Diſtingue, aut is, qui donauit, vel eius hęredes tenẽtur de euictione, & tale inſtrumentũ debet remanere penes hęredes, qui debent cauere de pręſtando legatario ſeu donatario, cũ opus fuerit. vt. l. inſtrumẽta. & ibi docto. & Bald. C. de fideico. & in. d. l. 1. in fine. C. de donatio. Idem dicimus in vẽditore, quia inſtrumẽtum rei venditę debet remanere penes ipſum venditorem, & eius hæredes. notatur. in. l. titius. ff. de actio. emp. & vẽ. & in. l. ſi prędiorũ. C. ad legẽ falci. Aut cõtractus celebratur directè ſuper ipſis inſtrumentis. vt quia dicit. dono, vel vẽdo inſtrumẽta. & tũc tenetur tradere ipſa originalia, & ipſa corpora vẽdita, vel donata. ¶ Aut cõtractus celebratur principaliter ſuper re, de qua loquũtur inſtrumenta, & tunc dic vt in. d. l. titius. ff. de actio. emp. & ven.

Adde. ¶ Vide domi. Abba. & Feli. in. d. c. accedens. el. 1. in princi. vt lite non cõteſta. vbi dicunt plenè. an, & quãdo inſtrumenta cedẽda ſint actori, vel emptori. Vlterius Quæſtio. quęro, nũquid ſtatutũ poſsit inducere, ꝙ poſſeſsio trãſferatur ſine apprehenſione, vel ſine aliquo actu corporeo. vide in. l. 45. vbi dixi.

Adde. Nunquid ingratitudo poſsit probari per vnũ teſtem cum iuramẽto. And. Sicu. in. c. fi. de dona. 12. col. in verſi. nec obſtat. dicit, ꝙ non. Quomodo autem probabitur ingratitudo, vide ibi per eum.

z ¶ Onerosa. Ponit ſubſequẽter iſta lex exẽplũ, vt ſi facta eſt donatio, ob cauſam matrimonij cõtrahẽdi &c. ¶ Ex quo duo ſunt notãda. Primò, ꝙ do- Nõ duo.
natio facta cauſa matrimonij contrahendi, eſt perfe Primò.
cta ſine traditione poſſeſsionis, nec poſsit reuocari. ¶ Secundò, ꝙ donatio facta ab cauſam matrimo- Secundò.
nij dicitur facta ob cauſam onerosam. ¶ Quo ad primum concordat textus. in. l. Pomponius Philadelphus. ff. familię her. & ea quæ notant doctores. in. l.

cum

Cautela cū oportet.§.cum autem.C.de bonis quę libe. ¶Et ex his do.doctor de Segura in repe.§. ſed & ſi fundum.l.vnū ex familia.12.folio.2.col.in princi.ver. poteſt dari alia & ſecūda cautela &c.dicit,quòd poteſt dari vna cautela,vt donatio filię facta de tertio, non poſsit reuocari,

cero: aſſi como por via de caſamiento o

ꝙ pater melioret filiā in tertio pro dote ſua. nam ſi dicta melioratio taliter facta eſt, erit irreuocabilis.allegat tex.in dicta.l. Pomponius Philadelphus. & in.l. ſi cum dotem. in principio. ſecundum primam lecturam Infertur cōmuuem approbatam.ff.ſolu. matrimonio. ¶Ex quo infert idem eſſe in filioſamilias, cui pater donauit tertium in vita pro donatione propter nuptias.argu. text.in.l.fi.C.de donatio.ante nup. vbi donatio propter nuptias,& dos,ambulāt pari paſſu. facit text.in.c. plerunq;. & ibi glo.& doctores. de donatio.iuter vir.& vxo.¶Facit etiā illud quod dicit Bald.in.l.fi. ad finem principij.C.de iure do. vbi ipſe dicit,ꝙ quēadmodum dos aduentitia non eſt communis patris,& filię prout eſt dos profectitia, ſed eſt ſolius filiæ, vt dicit gloſſa,quam omnes approbant in.l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſolu.matrimonio.quod idem eſt in donatione propter nuptias aduentitia,quæ non eſt communis patris & filiæ, quia talis communio non cadit niſi in profectitiis. refert & ſequitur Iaſon. in dicto. §. quod ſi in patris.3.col. verſi. adde quod idem eſt in do-

Extēſio. natione propter nuptias. ¶Et intantum dicit ve-

104 rum eſſe, quod † valet melioratio facta filiæ pro dote per dictā.l. pomponius. non ſolum quando matrimonium actualiter ſequeretur, verum etiam ſi non ſequatur valeret dicta donatio per ipſum patrem facta filiæ in poteſtate pro dote: quamuis matrimonium non ſequatur. text. eſt ſingularis ſecundum Ludoui. Roma. Alexan.& Iaſo.in.l. extraneus.§. fina. ff.de condi. ob cauſam.da.ratio eſt, quia priuilegia cōpetētia pro dote,ſecuto matrimonio,habēt locum,etiā ſi matrimoniū non ſequatur. textus eſt in.l.3.§.fi.ff.de priuile.credi. ¶Quod eſt ſingulare pro ampliatione dictę legis Pomponius Philadelphus.& iſtius legis. Idem Alex.in.d.§.ꝙ ſi in patris.1. nota.& in.d.l. ſi cum dotem. in priu-

Extēſio. cipi. ſ. nota. ¶Idem credit per omnia prædictus

105 do.doctor de Segu.vbi ſupra † in donatione propter nuptias facta filiofamilias procedere, in qua eſt melioratus à patre in vita vt valeat incontinenti, & nō poſsit reuocari, licet matrimoniū non ſequa-

Limi. tur per ſupradicta.quod eſt notādum. ¶Quo ad ſecūdū intellige.ꝙdonatio facta ob cauſam matrimonij dicitur facta ob cauſam onéroſam, quoad maritum,vel quoad tertiū.quod patet ex.l.iſta.ibi dū dicit,o cō otro tercero.¶Ratio quare dicitur facta ob cauſam oneroſam eſt: quia marit⁹ ex ea tenetur ad onera matrimonij.l.fi.§.ſi à ſocero.& ibi notat Bart. ff.de his qui in frau. credi.& .l. ex promiſſione.ff. de actio.& obli.&.l.vna. de imponenda lucratiua diſcretione.li.10.& ibi notat Bar.& in.l. meuius. §. duobus.14.co.ver.ſecundò quęro.in repe. de lega.

Extēſio. 2.Bal.in.l.2.C.de his quę in frau. cre. ¶Et adeò verū eſt,ꝙ reſpectu mariti titulus dotis dicitur oneroſus:ꝙ ſi ex poſt facto

por otra coſa ſemejante & que en eſtos

conſecuturus eſt lucrum ex tali dote,titulus dicitur oneroſus, putà,ſi maritus pactum fecit de dote lucranda: vel ſtatutum eſſet diſponēs, ꝙ decedēte muliere in matrimonio,vir lucretur dotē,tñ nunquā dicetur habere ex cauſa lucratiua,cū pręceſſerit cauſa oneroſa.i.titulus dotis.glo.eſt ſingularis in.l.donatarius. §.fi.ver.duntaxat.ff.de conditio.ob cau.pro qua eſt tex.notabilis in.d.l.vna.§.lucratiuas. in verbo.ſi verò vel ſocer.de imponen. lucra.diſcre.li.10. vbi dicitur, ꝙ ſi ſocer dederit dotem pro filia vel nepte, licet caſus euentu res eius, cui data eſt, vertatur ad lucra,nō tamen inter cauſas lucratiuas numerabitur.quē tex.ad hoc ponderat Ange.ibi refert & ſequitur Iaſo.in.§.itē ſi quis in fraudē.7.col.inſti. de actio.& do.doctor de Pala.in repe. c. per veſtras. de donatio.inter vi.& vxor.ſuper textu. 329.col.in principio.vbi etiā dicit,ꝙ lucrū dotis, quod conceditur marito propter expenſas,non dicitur titulus lucratiuus.& idē dicit Bal.in.l.hac edictali.in princi.3.co.ver.quod appoſitū.C.de ſecū.nup. & in. l. cū milite.2.co.C.de donatio.ante nup. & in authē.

Extēſio. præterea.pe.co.C.vnde vir & vxor. ¶Et amplius ipſe dicit,ꝙ titulus dotis eſt oneroſus,nō ſolū ex parte mariti,ſed etiā ex parte filiorū dotē maternā petentiū.vt mirabiliter ſentit Bar.in.l. ſi conſtāte. in princi.10.co.ſecundę ptis principalis.in repe.ff.ſo.

Extēſio. ma.¶Qđ intellige nō ſolū in dote vera, ſed etiā in dote putatiua,ſeu in marito putatiuo.glo. eſt ſingularis & vnica in.l.procul⁹.aliàs incipi.ancilla.ff.de iure do.Sed quoad vxorē dos dicitur titulus lucratiuus.vt.l.oēs.&.l.ſequēti.ff.de actio.& obli. tenet Bar.in.l.meuia.§.ſi fundus.ff.ſo.ma &in.l.quidam. C.de iure doti. & in.l.pro oneribus.co.ti. gloſſ. & Barto.in.l.ignoti. C. de reuo.his quæ in frau. credi. ¶Quod eſt verum tam conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto.tenet gloſſ.nota.in. l. ſi donaturus.

Fallit. in fine.ff.de condi.ob cau.¶Niſi dos ſit data ab extraneo.vt.l.1.§.extraneum.C.de rei vxor. actio. tenet Ange.in.authen.de trien.& ſe.§. illud quoque. collatio.3.Barto.in.l.fi.§. ſi à ſocero. ff. de his quæ in frau.cre.

Exēpla. 106 & ¶Semejante.puta † ſi donatur filiæ ingreſſæ monaſterium, quia talis donatio dicitur dotalis. ſecundum Barto.in.l.titio centum.in. §. titio genero.in fine.ff.de condi.& de. ¶Item ſi donatur filio cauſa ſtudij, quia tenet donatio incontinenti, & reuocari non poteſt ex aliqua pœnitentia. Hoc fundatur ex quadam notabili theorica Bartol.in.l.1. in fine.ff.ſolu.matri. vbi ipſe æquiparat cauſam dotis,

tis,& cauſam ſtudij: ſed melioratio tertij in cauſa
dotis valet in cōtinēti,nec poteſt reuocari per iſtā
legem.l.pomponius philadelphus.ff. familiæ her-
ciſ.ergo idem videtur dicendum ſi fiat donatio in
Opp. tertiū cauſa ſtudij. ¶ In contrarium facit, quia quā
do filius eſt in ſtudio
bene valet donatio p
patrem facta filio in
poteſtate, quando eſt
pro filio doctorando.
ſta tenet Bar. in. l. iu-
bemus.de ſilentiariis.li.12. ¶ Ratio.quia cēſetur eſ-
ſe peculium quaſi caſtrenſe.ſicut quando pater do
nat filio eunti in caſtra.textus eſt notabilis in. l. ſi
filiusfamilias.C familię her.& in.l.3.in.§. ſecundū
hoc.ff.de donatio.inter virum.& vxorem.ergo da-
tur intelligi,ꝙ donatio per patrem facta ſimplici-
ter,non valet,ſi filius eſt in poteſtate. ¶ Iſtam etiā
quæſtionem mouet do.doctor de ſegura. in repe-
tio.§.ſed & ſi ſundum.l.vnum ex familia 12. ſol. 3.
col.verſi.poſſet dari alia & tertia cautela.de lega.2.
& adducit in hoc quod notanter dicit Ange.in. au
then.res quæ.C.communia.de lega.vbi dicit ſingu
lariter,quod licet res ſubiectę reſtitutioni poſsint
alienari pro dote,vt ibi eſt textus, non tamen poſ-
ſunt alienari pro cauſa ſtudij. ¶ Tertiò adducit, ꝙ
licet donatiōes factæ ex cauſa pietatis ſine inſinua-
tione valeant,vt.l.penulti.C.de donatio.&.l. illud
vbi gloſa & doctores.C.de ſacroſanctis.eccle.tamē
donatio per patrem facta filio ſtudenti, uon cenſe-
tur pia:adeò,ꝙ ſine inſinuatiōe valeat.ita tenet Ra
pha.cu.cōſilio.144. incipi.fundo dato in pretium.
Confirmatur,quia cauſa ſtudij relictum non dici-
tur ad pias cauſas niſi pro ſtudio ſanctę theologiæ.
ita dicit Bal.in.l.1.12.colu.in repetitiōe.C. de ſacro
ſanctis.ecclesi. ¶ Tamen ad hoc poteſt dici, ꝙ cau
ſa etiam dotis non dicitur pia.ſecundum Barto. &
Contra. alios in.l.cum is.§.ſi mulier.ff.de condi.& de. ¶ Cō
Opp. trarium tamen eſt verum,per illud,quod dicit Bar
to.in dicta.l. 1.in fine. æquiparando cauſam ſtudij
cauſæ dotis. ¶ Secundò.quia ad hoc tenet ex preſ-
ſe Ange.in dicta l.1.imò quod talis donatio facta fi
liofamilias ſtudenti,valet incontinenti. hoc tenet
ibi Bald.& Rapha.Cu.Ludo.Rom.in dicta.l.dona
tiones.§.pater.ff.de donatio.& Iaſon.in.d.l.frater à
fratre.in prima lectu. antepe. col. & in ſecunda le-
ctura.in vltima.col.ff.de condi.indebi.& in.l.1.vl-
tima.colu.ff.ſo.ma. vbi dicit, ꝙ hæc eſt communis
opi.à qua non eſt recedendum in iudicando.& do
ctori approbato aſſerēti aliquam eſſe communem
opi.eſt credendum.argu.gloſſ.in.l.dos à patre pro
fecta.C.ſo.ma.& ſic tenēdum primò,quia commu-
nis.ſecundò, quia in ea ſunt Barto. & Bald. valen-
Soluti. tiſsimi docto. ¶ Et fundamentum, quod magis vr-
get eſt textus in.l.quæ pater filio.ff.fami.herciſ. in
quantum loquitur in donatione facta filio eman-
cipato: ſed illa non obſtat, niſi per argumentum à

caſos mandamos q̃ el dicho tercio no ſe pueda reuocar [a] ſi-no reſeruaſſe [b] el que lo hizo enel miſmo contracto el poder

cōtrario ſenſu,qđ eſt fragile ſecundū Iaſ.in.d.l.1.in
fi. ¶ Potes tamē addere pro hac ſecūda opinione ve
ra & cōmuni textū in.l.ſed Iulian⁹.in.§.quod dici
tur.ff.ad macedo.& in.l.ad macedonianū.C. ad ma
cedo.vbi habetur, ꝙ queādmodū mutuū factū pa-
triſamilias eſt exigibi
le,ita ſi ſit factū filiofa
milias cauſa ſtudiorū:
¶ Itē pro hoc facit, qa
in cauſa ſtudiorū ver
ſatur publica vtilitas.
vt in.§.ſi.in procemio inſti.& in auth.habita.C. ne
fili⁹ pro patre.& quoad ius publicū nō curatur pa
tria poteſtas,vt.l.nā quod.in prin.ff.ad trebellia.&
iſta ſunt verba do.doct.de Segu.vbi ſupra. ¶ Cui ad
de gl.q̃ hoc bene ſentit in.l.2.C.de inoffi. do.glo. 1.
& Bal.in.l.cū oportet.§.1.C.de bonis q̃ libe.& data
ſimilitudine inter cauſā dotis & cauſam ſtudij. vt
p Bar.vbi ſupra.hodie habes tex.in.l.iſta. Si.n.cau
ſa ſtudij aſsimilatur cauſę dotis: diſpoſitū in vno,
107 habet locū in alio.vt.l.fi.ff.māda.cū ſimi. ¶ Itē † ſi
donatur pro alimētis,tenet donatio incōtinēti irre
uocabiliter ſecundū Guili.de cu.in.l.peculiū.ff.de
peculio.& tu habes glo.in.l.2.C.de inoffi.donatio.
glo.1.tenet Bal.in.d.l.cū oportet.§.1.C.đ bonis quę
libe. ¶ Itē ſi pater donat filio vt bene merito,& me
rita probētur,tenet donatio.vt p Bald.vbi ſupra.&
in.l.1.in.§.ne aūt.C.de cadu.to.ideo ne mirū,ſi do-
natio facta filio ob cauſam ſtudij,teneat irreuocabi
liter. ¶ Sed tu hodie habes textū imponentē ſilētiū
108 huic dubio in.l.3.in fi. ti.4. 5.parti. ¶ Idē dicim⁹ †
ſi pater donauit filio, & iurauit nō reuocare dona-
tionē.ſed an poſsit hodie pręſentari ſuper hoc iura
mētū.vide qđ notāter dicit ſuper hoc.do.doct.đ Se
gu.vbi ſupra.6.fol.3.co.cū.4.ſequēti.cui adde Pau.
de Ca.cōſi.1 3.& Bal.in.l.3.ff.pro donatō.& audi-
ui hodie editā eſſe quandā pragmaticā, licet nō ſit
poſita inter alias regni pragmaticas: ꝙ iuramētum
pōt pręſtari in cōtractib⁹,iu quibus ad validationē
109 corū requiritur iuramentū. ¶ Idē † etiā dicimus ſi
datū eſt filio cauſa militię.vt.d.l.3.tit.4.quinta par.
a ¶ No ſe pueda reuocar. quia pfecta eſt donatio.
intellige,ſi res fuit tradita, vel ſcriptura loco rei, vel
ſi donatio facta fuit ob cauſam matrimonij: vel ex
cauſa cōſimili,vt ſupra dicitur, & reuocari nō pōt,
110 vt hic.Itē quia verbū † pōt, pręcedēte negatione,
eſt reſtrictiuū.vt regula.beneficiū.& ibi glo.& Di
n⁹ de reg.iu.li.6.tenet Bar.in.l.3.C.đ pigno.& in.l.
fi.2.co.in fine.in.2.q.ff.de feriis.& in.l.de his.C.de
trāſactio.& in.l.gallus.in prin.ver. quādoq; verbū
poteſt. ff.de libe. & poſthu.& Bal.in.l.1.pe.co.ver.
111 & cōfirmatur.C.qui admi. ¶ Intantū,ꝙ † facit actū
de iure impoſsibile.qa ſecuta traditione rei donatę
vel ſi facta eſt donatio ob cauſam oneroſam:nō po-
teſt reuocari vt hic.tenet etiā gl.in.c. quoniā cōtra.
de probatio.& in.d.regula.beneficiū.Bar.in.l.ſi nō
fortē.§.ſi centū.ff.de condi.inde. ¶ Idē eſt quādoq;
ſi nō

ſi non præcedit negatio.vt.l.in bonę fidei.C.de rebus cre. tenet Bar. in.l. fideicomiſſa.§. hæc verba. de lega.3.& in.d.l.gallus.in princi.1.col. ver. opp. dicitur hic.ff.de libe.& poſthu.& in.d.l.3.C. de pi
112 gno.¶ Et nota,ꝙ† licet res data nō ſit,ſed extraneo facta eſt promiſsio de donando: dēt promiſſio adimpleri,& donari, & tradi.vt eſt tex. in.c.1.de donatio.q ita dēt intelligi. ¶ Et,idē ſi eſt facta ꝓmiſsio de donādo filio ob cauſā mřimonij, vel ob aliā

palo reuocar:o por alguna cauſa c q̄ ſegū leyes de nueſtros reynos las donaciones perfectas y cō de

cauſam oneroſam,debet ꝓmiſsio adimpleri in forma ſpecifica:& ſic donari, & tradi. vt.l.22.infra.§. & anſi miſmo.q lex in hoc eſt ſingularis extēſio ad iſtam legē,q̄ loqtur in donatione iā facta, & illa in
113 ſola promiſsiōe. ¶ Sed q̄ro.pater† minor donauit filio & tradidit,nūqd poſsit petere in integrū reſtitutionē aduerſ⁹ talē donationē? Tene ꝙ ſic per textum de nouo ponderatum in.l. cū non ſolum.§. ſin autem. el.2. ibi in vtroq; caſu. C. de bonis que li. quod facit ad plures leges huius voluminis.

b ¶ Si no reſeruaſſe.qatūc etiā re tradita et ob cauſam oneroſam poterit reuocari,vt hic dicitur.& eſt ratio , q donatio eſt cōditiōalis.vt habetur in Spe. q filij ſint legitimi.ver.ſed nūqd. tenet Inno. in.c.
114 verū.de fo.cōpetē.vbi dicitur,ꝙ ſi pater † donauit filio ſub cōditiōe vel modo,ſi mod⁹ nō impleatur, donatio tenet.Archi. & doct.ibi. & habetur quaſi p totū.ff.de donati.q ſub modo vel cōdi. ¶ Vlteri⁹
115 quęro de q̄ne,q̄ ſatis videtur notāda † pr̄ donauit vni ex filiis fundū vel domū in tertiā partē bonorū ſuorū,& tradidit ea cōditione,ꝙ pater poſſet eā reuocare qñcūq; voluerit ad libitū:ſed filius facta donatione,& re tradita,multa expendit in re donata: nunqd reuocata donatione pr̄ poſsit recuperare fundū vel domū ſine reſtitutione expēſarū? Videtur ꝙ ſic:qa donatio nō fuit pſecta,ex quo fuit facta ſub cōditione,ꝙ poſsit reuocari. ¶ Sed cōtrariū eſt verū,imò tenetur pr̄ reſtituere expenſas factas in re donata anteq̄ recuperet rē donatā, nulla facta diſtinctiōe expenſarū,an ſint neceſſariæ,vtiles, an volūtariç.text⁹ eſt mēti tenēdus in.l.10.ti.delas donā.fo.le.poſt mediū. ¶ Et qđ dixi de expēſis volūtariis eſt verū,ſi donatari⁹ expēdit bona fide tanq̄ in re propria vt.l.ſi in area.& ibi Bar.C.de rei vēdica.&.l.ſi anté.§.in re.& ibi Bar.ff.de petitio.hære.&.l.ſi in area.ff.de cōditio.indebi.idem Bar.in.l.in fundo.ff.de rei.vēdi. ¶ Et nota,ꝙ tales expēſæ non cōputātur cū fructibus medio tēpore perceptis. tenet glo.in.l.emptor.ff.đ rei vēdi.& Bal.in.l. dinortio.§.impēdia.ff.ſolu.ma. Pan.de Ca.cōſi.17.et Bal. in.l.domos.de lega.1. ¶ Eiſdē rationibus & iuribus filius recuperabit expēſas factas in re donata in caſu,quo pater reuocat donationē propter ingratitu

Contra. *Limita.* *Nota.* *Extēſio.*

dinem,nec compēſabuntur expēſæ cum fructibus medio tempore perceptis:ex quo fili⁹ fecit expēſas bona fide.& facit in argumētū lex.1.cū ibi no-
116 tatis.C.de fruc.&.li.ex. ¶ Ex his etiā nota,ꝙ † donatarius pōt retinere rē donatā pro expēſis,etiā ſi non habēt actionem, donec ſibi reſtituantur. vt.d.l. in area. C. de rei vēdi. &.l.ſi pēnæ.§.1.&.l. repetitio. C.de cōdi.inde. tenet Bal.in.l. ſi mandatū.1. col. ver. fallitin poſſeſſore.§. ſicut autem. & ibi Bar.ff.de petitio.hære.

recho hechas ſe pueden reuocar.

¶ Ley.xviij.

El padre o la madre d o q̄lquier đ

117 c ¶ Por algūa cauſa.q̄ † qdē cauſę enumeran̄t in l.1.ti.đlas dōacio.fo.le.& in.l. 4.cū trib⁹ ſequētib⁹. ti.7.6.pti.&.l.10.ti.4.quinta parti.& in authē.vt cū de app.cognoſci.in.§. cauſas.collatio.9. p glo.in.c. quintauallis. de iureiu.& in.l.poſſeſsionem.& ibi doct.C.de reuo.donatio.

Summarium.

1 *Melioratio de tertio,an ſit legitima,an pars legitimæ.*
2 *Mater an poteſt meliorare filios vel nepotes in tertiā partem bonorum ſuorum,viuente marito ſuo.*
3 *Mulier viuēte viro,an poſſit dotem erogare pro aīa patris ſui.*
4 *Dos conſtante matrimonio cuius ſit.*
5 *Maritus & vxor an dicantur,ſoluto matrimonio.*
6 *Pater an poteſt relinquere plus vni filio,quàm aliis.*
7 *Liberè,quid ſignificet.*

El padre. Iſta lex,qa breuis,nō ſummat̄,eſt tñ notāda,qnia venit ampliare legē nonam.ti.de las mandas.foro.le.vbi dicitur,ꝙ auus poteſt donare nepotibus ſuis tertiā partem bonorum ſuorum: vt ꝓcedat etiā viuo patre ipſi⁹ nepotis. ¶ Sed q̄ro,q̄ fuit rō dubitādi, quare iſta lex in hoc voluit prouidere? Dic videri meo,ꝙ potuit eē lex poſthumorū.ff.de inoffi.teſta.&.l.ſi q̄s filiū.eo.ti.C.&.l. gall⁹.§.nūc de lege velleia.ff.de.libo.& poſthu.vbi dr̄,ꝙ nepos p̄re viuo nō ſuccedit auo,neq; an⁹ tenetur ei qđq; relinq̄re.& idē tenet Bal.in.l.pe.ſi.col.§. q̄ in filio.ver.nō qn̄ habes filiū.C.de adoptio.& in authē.res q̄.2.col.ver.q̄ro an teneor. C.cōmunia de le. ¶ Itē qa vt m̄lti dicūt doct.de q̄b⁹ p glo.in.l.9.ti. delas mā.fo.le.in pte mejorar: talis melioratio ſiue fiat p verbū.relinq̄no. ſiue p verbū.melioro.dr̄ inſtitutio:q̄ nō pōt fieri nepoti viuēte p̄re ſuo vt.l.3. ti.13.cū multis aliis.6.pti.& iō ex hoc m̄lti dicebāt, ꝙ au⁹ nō poterat meliorare in tertio bonorū ſuorū aliquē ex nepotib⁹,viuēte p̄re ipſorū nepotū.Sed rō q̄re iſta.l.cōtrariū diſponit potuit eſſe.l. lq̄ñ no uella.C.de inoffi.teſta.iūcta.l.dedit dotē.ff.de col. la.bono. & qđ dicit Bal.in authē. ex teſtamēto.pe. col.ver.tertio quęro.C.de colla.vbi dr̄,ꝙ licet dos

Rō. dubitandi. *Ratio de cidendi.*

ſit

ſit legitima filiæ, vel ſueeedat loco legitimæ. vt. d. l. quoniam nouella. attamen auus viuente patre ſuæ neptis poterit dotare eandem neptem, neq; imputabitur dos in portionẽ patris. ſi enim auus viuẽte filio poteſt dotare neptem, eadẽ ratione poteſt tertiũ relinquere nepti, viuente patre ipſius. Vel dic, ꝙ extrahẽdo tertiam & quintã partem de bonis vniuſcuiuſq;, qđ remanet pro legitima filiorum eſt pluſquã legitima debita filiis de iure Imperatorũ. vt in authẽ. nouiſsima. & ibi glo. & do. & l. nuper. C. de inofſi. teſta. & c. raynũtius eo. ti. apparet ẽt ex. l. 9. ti. delas man. ſo. le. Itaq; extracta. 3. & 5. parte bonorum hodie legitima filiorũ eſt aucta iure noſtro vt. l. iuncta authẽ. nouiſsima. ſi verò legando tertiã & quintã partẽ bonorum alicui ex nepotibus filius non grauatur in legitima, ſequitur, ꝙ auus poteſt in tertio nepotẽ meliorare, viuo patre ipſius. & idem ſi plures velit meliorare nepotes per dictam. l. 9. cum multis legibus iſtius
1 voluminis. ¶ Ex quo etiam infertur, ꝙ † melioratio in tertio non eſt legitima, nec pars legitimæ. & idem apparet ex. l. 27. infra. per quę iura euidenter apparet nõ procedere opinio cõtraria. de qua per glo. in. d. l. 9. & do. doct. de Segu. in repe. §. ſed & ſi fundum. l. vnũ ex familia. de lega. 2. vbi fundamentum principale ſuæ repetitionis fuit, ꝙ melioratio in tertio eſt legitima. ſi enĩ eſſet legitima, vel pars legitimę, filij nõ poſſent grauari, relinquendo eam nepotibus, quia debetur filiis integra & libera. dixi plenè in. d. l. 27. vbi vide.

Infert

ellos puedã ſi quiſierẽ hazer el tercio de mejoria q̃ podiá hazer a ſus hijos o nietos cõforme ala ley dl fuero [e] a qualqer deſus nietos o deſcédiẽtes legitimos pueſto que ſus hijos padres dlos dichos nietos o deſcẽdiẽtes ſeã biuos ſin que enello les ſea pueſto impe-
3 dimento [f] alguno.

d ¶ O la madre. Nota ex lege iſta aliã extẽſionẽ ad dictam legẽ. 9. ti. delas mandas. ſo. le. vt non ſolum pater, verum etiã mater poteſt donare filio & nepoti ſuo tertiam partẽ ſuorum bonorũ. cõcor. l. ſupra proxima & l. 22. & 23. & 26. infra & l. ſi non mortis. ff. de inofſi. taſtamẽ. & l. ſi conſtante. C. de donatio. inter virum & vxorẽ. ¶ Sed quęro iuxta
2 hoc † Mater eſt in matrimonio, nũquid poſsit pręlegare vni ex filiis vel nepotibus tertiam partẽ bonorũ ſuorũ? Videtur ꝙ ſic: quia ſi pater poteſt donare, poterit & mater: quia inter eos erga filios & nepotes eſt par affectionis cauſa. ¶ Item nõ debet licere viro: quod vxori non liceat. argumen. textus in. c. penul. & fi. de adulte. ¶ Præterea iſta lex cum ſimilib9 dicunt, ꝙ mater poteſt filiis vel nepotibus ſuis donare tertiã partem ſuorum bonorũ: nec diſtinguit an mater ſit in matrimõio, vel ne. ergo ſimpliciter debet intelligi. vt. l. de ꝑtio. ff. de publica. & l. 2. ibi Bar. ff. de. oſti. pręſi. ¶ In cõtrarium facit. l. dotis fructus. in prin. & l. plerumq;. ff. de iure doti. & l. pro oneribus. C. eo. ti. & l. ſi maritus. ff. ſamilie her. & l. 25. ti. 11. quarta parti. & l. 3. ti. delas arras. in fine. ſo. legũ. vbi dicitur, ꝙ dos datur viro, vt de eius fructibus poſsit onera matrimonij ſupportare. ſed ſi mulier viro ſuo inuito poſsit donare filiis vel nepotibus tertiam partem ſuorũ bonorum: maximè ſi filij vel nepotes eſſent alterius matrimonij, ſequeretur, ꝙ maritus non haberet de quo poſſet dicta onera ſupportare, & priuaretur fructib9 eorũdem bonorũ. ¶ Præterea iura ſunt clara, ꝙ vxor † marito ſuo inuito non poteſt quidquã donare etiam de reb9 ſuis. vt. l. 55. infra. vbi latè dixi. quia neq; eleemoſynã facere poteſt, contradicente viro. vt. c. quod deo. 33. quęſtione quinta. tenẽt Ioãnes Andræas. & Abbas. in. capitulo. ſi qs de ſurtis. & Hoſtiẽſis in ſumma de pœnitentia & remiſsione. §. quibus mortuis. verſi. de facientibus eleemoſynã. & capitulo. nõ eſt putanda. 1. quęſtio. prima. & lege. duodecima. titu. vigeſimotertio. prima partita.

Concor.

Q̃o.

Contra.

Adde. Bartolum. & Alexandrũ. in. l. ſi mora. col. 2. in ver. in textu ibi & c. ff. ſoluto matrimonio. mouẽt quæſtionẽ, an mortuo viro, dominium rei dotalis tranſeat in mulierem, vt poſsit agere reiuendicatione. vide ibi.

4 ¶ Item iura dicunt, ꝙ † dos conſtãte matrimonio eſt mariti, non vxoris. vt. l. doce ancillam. C. de rei vendicatione. & l. dotalẽ. & ibi doctores. & Bal. cũ glo. ff. de fundo dota. cum ſimili. Sed nemo poteſt aliena donare. vt in rubro & nigro. C. de reb9 alie. non alie. ¶ Et ex hoc dicit tex. in. l. 10. ti. delas dona. ſo. le. ꝙ Archiepiſcopus, nec alter pręlatus, nõ poſſunt aliquid donare de rebus eccleſiæ. Idẽ dicit. c. nulli. de rebus eccleſiæ alie. vel nou. & l. ſancimus.
5 C. de rebus alie. non alie. ¶ Propterea † maritus & vxor dicuntur, qui ſunt in matrimonio. vt. l. 1. ti. 2. quarta. parti. cum ſimi. ſoluto matrimonio, iã non dicuntur vir & vxor. c. pe. & fi. de ſecun. nup. ſed dicuntur pater & mater. vt in. l. iſta. ergo videtur, ꝙ iſta lex loquitur in caſu, quo mater eſt ſoluta à lege viri, vt tunc poſsit donare filiis ſuis. & c. non tamen quãdo eſt in matrimonio. & bene ad hoc facit ſingulare dictum Bal. in tractatu ſchiſma. 9. col. vbi dicit. ꝙ permiſſum aliquibus, videtur aliis prohibitum. permiſſum verò patri vel matri, nõ videtur permiſſum marito & vxori. ¶ Pręterea & quartò ad hoc facit textus à contrario ſenſu in l. 14. ſupra. vbi dicitur, ꝙ mulier ſoluto matrimonio poterit alienare lucra habita in primo, ſecũdo, & tertio, vel vlteriori matrimonio. ergo ſequitur, ꝙ conſtante matrimonio non poterit. & hoc argumẽtum eſt validũ in iure. vt plenè p Bal. in. l. cõuenticulam.

C. de

C.de epiſcopis & cle. ¶ Aduerte, quia qō eſt notāda, in qua credo ſic eſſe diſtinguendū. ¶ Aut mulier coniugata vult donare filio vel nepoti tertiam partem bonorū ſuorū dotaliū aut paraphernaliū. ¶ Primo caſu aut mulier vult donare tertiū ob cauſam dotis, vel donationis ꝓpter nuptias, vel ob ſimilē cauſam. ſ. neceſſariā, aut voluntariā. ¶ Primo caſu principali ſi vult donare ob cauſā dotis: & dic ꝙ mulier viro ſuo inuito poterit donare pleno iure tertiā partem bonorū ſuorum. l.53. infra, ꝙ ad ea, quę mater obligatur, etiā marito ſuo inuito, poterit adimplere, donare, & tradere. textus eſt ſecūdum vnū intellectū, quē tenet Sali. in. l. ſi conſtante. in principio. C. de donatio. inter vi. & vxor. ¶ Secundo caſu inprincipali. ſ. quando mater ex voluntate ſua vult donare filio tertiam partem ſuorum bonorum: & tene, ꝙ mater poteſt donare, & tradere ad effectum duntaxat, ꝙ donatio ſit perfecta, & reuocari non poſsit: ſed ex hoc maritus in vſufructu nullum patitur præiudicium: textus eſt ſatis notabilis ſecundum alium intellectum, quem ponit Sali. in. d. l. ſi cōſtante. in fine. C. de donatio. inter vi. & vxor. & vltra hoc bene facit textus in. c. paſtoralis. de donatio. & . l. ſi donatio. & . l. ſi domus. §. ſi fund⁹. de lega. 1. vbi dicitur, ꝙ donans rē, videtur donare ius, quod habet in ea. ſed fructus rei dotalis ſunt mariti propter onera matrimonij quæ ſuſtinet, vt ſupra dixi, & eſt textus in. l. 25. ti. 11. quarta partita. ergo donando mulier coniugata tertiam partem bonorum ſuorum, ſcilicet dotalium, videtur donare ſolummō ius, quod habet, ſcilicet nudam proprietatem. & ita intellige legem. velles. C. de reuoca. donatio. vbi dicitur, quòd mulier coniugata poteſt donare filio ſuo. ¶ Secundo caſu principali ſi vult donare de bonis paraphernalibus, tene. ꝙ ſiue mulier coniugata donationem faciat debito neceſſitatis, aut libito voluntatis, poteſt marito ſuo inuito donare filio vel nepoti ſuo tertiam partem bonorum paraphernaliū: quia maritus in eis vſumfructum non habet. vt per Bal. in. l. ſi viua matre. in fine. C. de bonis mater. per gloſſ. & docto. in. l. ſi. C. de pactis conuen. & in. l. vbi adhuc. C. de iure do. talia etenim bona non ſunt in poteſtate viri, niſi expreſſè data ſint ab vxore. vt. l. 17. ti. 11. quarta partita. & . l. hac lege. & ibi Bal. C. de pactis conuen. & . l. cum maritū. in fine. C. de ſolutio.

So. cum diſtin.

¶ Ley. xix.

El padre y la madre y aguelos en vida o al tiempo d̄ ſu muerte puedā[g] ſeñalar ē cierta coſa o parte d̄ ſu haziēda el tercio y quinto d̄ mejoria en q̄ lo aya el hijo o hijos[h] o nietos que ellos mejorarē cō tāto q̄ no exceda[i] el dicho tercio delo que montare o valiere la tercia parte d̄ todos ſus bienes al tiēpo

Adde. Iſta fuit opinio do. Iaſo. in. l. frater à fatre. vltima. co. in fine. ff. de condi. inde. vbi dicit, ꝙ donatio facta per matrē filio exiſtenti in poteſtate patris, valeat. per textū & glo. in. l. cōſtante. de qua ſupra. tenet Bald. in. l. filiū quē. C. fami. herciſ. dixi in. l. ſupra proxima in glo. ſuper parte, reuocar. ¶ Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ dicta. l. 53. loquitur in caſu, quo vxor vnà cū viro ſuo dotē ꝓmiſit, nā tūc marit⁹ videtur pręſtare conſenſum. quia dico etiā abſq; marito potuit mater dictā donationē facere, per ea q̄ ſuperius ſunt dicta. itē qa officium patris nō eſt dotare filiā, & ipſe tenetur dotare d̄ ſuo. vt. d. l. ſup̄ ꝓxima cū ſimi. ſi enim vxor de ꝓpriis bonis facit illa, ad q̄ maritus erat obligat⁹, bene apparet, ꝙ nō reqrebatur ipſius cōſenſus vel licentia. nec pōt maritus cōq̄ri de eo, qd̄ factū fuit in ſuū fauorē. nā ſine actione nemo pōt ex piri. l. de pupillo. §. vltimo. ff. de nego. ge. 2. glo. & in. c. dilecti. de iudi. Inno. in. c. ſup̄ is. in princi. de accu. itē actio, q̄ non cōpetit, nō pōt intētari ēt d̄ cōſenſu aduerſarii. Bar. in. l. ſocer. in prin. ver. ꝓ declaratione. ff. dę dote ꝓle. itē actio nil aliud eſt, quā ius pſequēdi in iudicio, qd̄ ſibi debetur. vt iſti. d̄ actio. in. prin. ſed iſto caſu nil debetur viro ſed ipe potius debitor erat. igitur valet dona. facta filiæ à matre ob cām dotis. ēt ſtāte mr̄imonio, dū tn̄ nō excedat termīos legis.

El tercio de mejoria. Poſſunt parētes in vita, vel in mortis articulo pl⁹ vni filio relinq̄re, quā alteri. vt hic. & idē dicit tex. in. c. raynūti⁹. de teſta. ibi dū dicit, adiecte vero impuberi reliq̄t cętera bona ſua cōiūcto. ver. alteroche. &c. Intellige tn̄, *Hec eſt noua gl.*
6 ꝙ † pōt relinq̄re pl⁹ vni filio. ſ. maſculo, nō filię fœmiæ: cui hodie parētes nō pn̄t relinq̄re, niſi ad ſuā ltimā. vt. l. 101. d̄ madrid. edita. 20. die d̄cēbris āno incarnatiōis dn̄i. 1534. Dicit tn̄ lāfrā. ī. re. d. c. raynūti⁹ 1. co. ī pri. 2. nō. laudabile eſſe, & honeſtū, ęq̄litatē inter filios ſeruare pp diſcordiā īter ipſos euitādā. vt. l. illd̄. C. d̄ dona. nā pētes nō neceſſitāt tertiā ptē bonorū ſuorū filiis vel nepotib⁹ ſuis relinq̄re, pn̄t tn̄ ſi volūt, vt hic. An aūt ī foro cōſciētię ſit licitū, tenet do. dō. d̄ Pala. plene ī repe. c. p vr̄as. de de dona. īter vi. & vxo. ſup tex. co. 355. ī pri. ver. reſtat nūc examinare. Et d̄ cōtētis ſupra vide ī. l. ſi ita ſcriptū. in pri. & ibi Bar. d̄ lega. 2. & in. l. ſi qs ita. in pri. ff. d̄ teſtamēto. tute. dixi etiā in. l. 22. in glo. ſuper parte de mejorar.
e ¶ La ley del fuero. quę quidē eſt. l. 9. ti. delas mādas. fo. le. quę lex eſt hodie tacitè approbata p iſtā legem, & per alias leges iſtius voluminis.
7 f ¶ Impedimēto algūo. ideſt liberè. & † dicit poſſe qs aliquid facere liberè ſi nullo iure cōſtrict⁹ eſt aliquid facere. vt per Bal. in tracta. ſchiſma. 8. co. & in. l. 2. §. 2. C. cōmunia de le. per. l. ſi quis maior. C. de tranſactio. vbi dicit Bald. ꝙ liberum dicitur, quod

fit nullo

ſit nullo cogente imperio.¶ Dic tamen,ꝙ in donā-
do filiis & nepotibus debet obſeruari iuris diſpo
ſitio. vt per Bal.in.c.ad hęc.in fine.de pace iura.fir.
dixi in.l.14.ſupra in parte libremente.

Summarium.

1 *Pluralis loquutio an ſit contenta numero vnius tantum.*
2 *Legatum rei factum filio ea conditione, quòd reddat nepoti æſtimationem medietatis:nunquid re perempta, pereat legatum,vel æſtimatio debeatur.*
3 *Quantitas debita an poteſt perire.*
4 *Donatio inofficioſa in quo venit reuocanda.*
5 *Donatio,an iudicetur ſecundum tempus mortis teſtatoris.*
6 *Donatarius commiſit delictum,ſecundum quod tempus debet iudicari.*
7 *Legitima,an debeatur ſecūdū tempus mortis donantis, an ſecundum tempus delicti.*
8 *Melioratio de tertio & quinto, an debeat extrahi de bonis, quæ habuit teſtator tempore obitus ſui.*
9 *Falcidia an computetur ſecūdū ea,quæ teſtator habet tempore mortis.*
10 *Legatum generale an debeat extrahi de bonis, quæ teſtator habuit tempore teſtamenti.*
11 *Legatum librorum confirmatum, an extendatur ad libros, quos teſtator habebat tempore teſtamenti, an tempore confirmationis.*
12 *Legatum,an comprehendat res acceſſorias.*
13 *Legans monetam,an intelligatur de ea, qua teſtator habet tempore teſtamenti,an tempore mortis.*
14 *Bona,quæ reperiuntur tempore mortis teſtatoris, an veniant in collatione bonorum.*

EL padre.Si pater,mater,auus,vel auia, meliorauerint aliquos ex filiis, vel nepotibus in tertio & quinto ſuorum bonorū: poterunt tertium & quintū aſsignare in re certa:vel in certa parte ſuæ ſubſtātiæ.dum tamē non excedat talis donatio tertiam partē bonorū,q̄ donator habebat tēpore mortis ſuę.& hanc facultatem aſsignādi tertiū & quintum in re certa nō poteſt alicui à teſtatore committi.hoc dicit.¶ Concordat lex ſtyli.213. de qua facit magnum feſtū glo.in.l.9.ti.delas mandas. foro le.
g ¶ Puedan. ſed non compelluntur. quia quod voluntati relinquitur,neceſſitati non ſubiicitur.vt hic &.l ſupra proxima.&.d.l.9.ti delas mandas foro legum.

Extēſio. h ¶ O hijos. Iſta lex in hoc extendit legem.9. tit. delas man.fo.le.vt non ſolum parētes poſsint meliorare vnum ex filiis vel nepotibus in tertià parte bonorum ſuorū vt ibi:ſed plures filios vel nepotes vt hic in.l.iſta.per quā approbatur glo.in.d.l.9. in parte,mejorare, quę idem tenet per notata per Bar.in.l.vnum ex familia. de lega.2.vbi do.doctor de Segu.idē tenet in.§ ſed & ſi fundū in ſua repe. fo.14.1.col.ver.inducitur iſte textus.& communiter moderni per illum textum.vbi dicitur,ꝙ ſi ego
habeo poteſtatem à teſtatore eligendi vnum ex familia teſtatoris,ꝙ nihilominꝰ poſſū eligere duos, vel plures.¶ Et per illum textū dicit notāter Bart. ibi,qui iuſſus eſt reſtituere vnam rem vni ex certis:pōt ex illis certis plures eligere & meliorare. qđ etiā tenent ibi moderni.¶ Et iſta eſt alia exten- *Extēſio.*
1 ſio ad.l.9.ti.delas man.fo.le.¶ Et quanuis.† d.l.9.
loquitur in numero ſingulari,parentes poterunt per eam meliorare plures filios vel nepotes per doctrinam Bar.in.l.ſi quis ita.ff.de teſta. tute.& in.l. qui filiabus.§.1.de lega.1.vbi dicitur, ꝙ appellatione filij in numero ſingulari in materia fauorabili comprehunduntur omnes filij,non adiecto nomine proprio filij.¶ Et ꝙ.d.l.9.extendatur ad plures filios vel nepotes bene apparet ex.l.ſupra proxima. ibi dum dicit.el tercio de mejoria que podian hazer a ſus hijos o nietos conforme ala ley del fuero. quæ
2 eſt.d.l.9.qđ nota.¶ Sed q̄ro.dicitur hic,ꝙ† parētes *Q̄o*
poſſunt relinquere filiis & nepotibus ſuis tertiā partē bonorū ſuorum in re certa:vel in certa parte ſubſtantiæ ſuæ.pone ꝙ pater ita dixit,relinquo Petro filio meo talem fundū in tertio bonorum meorū: & ꝙ dictus Petrus cōferat dimidiam æſtimationis dicti fundi Santio nepoti meo ex alio filio:itaq; vnus debet habere fundum,alter dimidiam æſtimationis fundi:quid ſi pereat fundꝰ, quia domꝰ erat, vel molendinum,vel fortalitium & impetu aquarū aut igne,&c.eſt deſtructū ſine dolo & culpa hęredis.quis habebit æſtimationē rei legatę & peremptę? Reſpondeo ꝙ neuter,qa legatū ſiue relictū extinguitur quoad vtrunq;.textꝰ eſt notabilis in.l.filiuſfamilias.in fine.de lega.1. ¶ Qđ eſt verū etiam ſi res iā erat tradita vni ex eis. vt.l.filiæ textores. §.fi.vbi eſt textus nota.co.ti.facit in ſimili.l.18.titu.11. quinta partita.vbi dicitur, ꝙ ſi res promiſſa moritur ante euentum diei ſine culpa promiſſoris,liberatur pro
3 miſſor.¶ Nec obſtat,ꝙ † quantitas debita in gene- *Opp.*
re nō poteſt perire vt.l.incendium.ff. ſi certum pe *& ſo.*
ta.qa fallit, quando debetur reſpectu certę ſpeciei. vt in dictis iuribus.&.l.electio.§.ſi is.ff.de noxa & videtur deberi reſpectu certæ ſpeciei, quando debetur tanquam pretium vel æſtimatio ipſius.vt dictis iuribus.¶ Nec etiam obſtat, ꝙ ex duabus ſpe- *Opp.*
ciebus alternatiuè legatis, altera perempta, rema- *& ſo.*
l ¶ Oneroſa. Ex his verbis bene apparet, ꝙ cauſa dotis eſt oneroſa. Intellige tamẽ quoad virũ,ſed quoad vxorẽ dicitur lucratiua.dixi.in.l.17.ſupra.

m ¶ Por hechas. Nota hic textum ſatis notandũ & ſingularem,in quo promiſsio donandi operatur donationem:ſecuta morte promittentis.& per hoc videtur comprobata opi. Ioan.And.in additio.ad Spe.in rubrica de obli.& ſolu.1.co.& Ioan.de por. in.l.ſi fideiuſſor. §. meminiſſe.de lega.1. vbi dicũt, quòd promittens ſe promiſſurum dare.10. videtur promittere de præſenti dare decem,& de præſen- Nota.
36 ti obligatur & tenetur dare. Itaque † quadam iuris fictione promiſsio donandi iſto caſu morte promittẽtis habetur pro donatione. Et quòd iſta ſit fictio, patet ex his verbis,ſean auidas por hechas.qa iſtud verbũ,habeantur,cũ ſit verbum futuri temporis,inducit fictionem.vt per Bal.in.l.ſiue poſsidetis.1.colu. C. de probatio.& idẽ operatur quod veritas : quia eſt fictio inducta à lege. vt per Barto. in.l.ſi is qui pro emptore.in repetitione.ff.de vſucap. & in.l. nec vtilem. ff. ex quibus cau. ma. per Bal.in.d.l.ſiue poſsidetis. Sed cõtra iſtud quodãmodo tenuit Pau.de Ca. conſi.107.incipi.dicta donatio.in vltima col.& pro eo allego textũ in.l.ſi pecuniam.aliàs incipit.ſi ergo pecuniã.ff.ſi certũ peta.vbi dicitur, ꝙ promittens ſe donaturũ titio fundum,nõ videtur donare. & quaſi idẽ tenet Io. An. licet in aliis terminis in.c.fi. de ſponſa. vbi dicit,ꝙ promittẽs ſe deſpõſaturũ Bertæ,non videtur ſe deſpõſare.Itaq; iſto caſu promiſsio donãdi,nõ operatur donationẽ:ſicut promiſsio cõtrahẽdi matrimonium,nõ operatur matrimoniũ. Sed reſpõde ad cõtraria,ꝙ. d.l. ſi pecuniã. loquitur in re mutuata, non donata,vel dic,ꝙ loquitur.d.l.in donatione vera,in qua,vt res dicatur donata,requiritur in donãte quòd donet,&in recipiente quòd recipiat in donationem, aliàs non dicitur donatio. vt ibi. Vel dic, ꝙ iſta lex loquitur in donatione, aliàs in promiſsione facta de donãdo ex cauſa oneroſa. vt patet ex ea iura:cõtraria verò loquũtur in promiſsione facta ex cauſa lucratiua. Itẽ reſpõde ad dictum Io.And.in.d.c.fi.ꝙ illa promiſsio nõ tranſit in ſpõſalibus,quia ad cõtrahenda ſpõſalia requiritur certa forma,qua ceſſante,ceſſant ſponſalia. vt.d.c.fi.cũ multis aliis. Propterea ibi promiſsio non operatur ſpõſalia ficte:quia fictio nõ inuenit verba ſubſtãtialia ſuper qua figat pedes.vt per Bal.in.l.ſcien dum.ff.ex quibꝰ cau.maio.probatur in.l.huic ſcri- Solutio.
37 pturę.ff.ad legẽ aqui. Item † fictio non cadit niſi ſuper

ſuper certis.vt per Bar. in.l.diuus. 1.co.ff. de reſti. in integr. ſed promiſsio in ſpõſalibus nõ eſt certa. quia promittens poteſt cõtrahere: cũ alia iura ſunt
38 clara per totum titulũ de ſpõſa. ¶ Quero † an promittẽs donare, poſsit pœnitere. text⁹ videtur ſentire ꝙ ſic in.l.17.in principi.ſupra.vbi dicitur, ꝙ donatio de tertio & quinto facta filio ante traditionẽ põt reuocari. ergo multo fortius promiſsio de donãdo reuocari poterit. ¶ Cõtrariũ tene per tex.in d.l.17. in parte, o el dicho contracto.dicit.n. d.l. ꝙ regulariter donatio facta filio de tertio & quinto poteſt reuocari.excipit tamẽ, niſi donatio ſit facta ob cauſam matrimonij: vel ob aliã cauſam oneroſam, quia tũc reuocari nõ poterit donatio, etiã ſi res donata nõ ſit tradita.vt ibi. ¶ Et nota. quia iſta lex eſt optima extenſio ad ſupradictam.l. Quia nõ ſolũ donatio facta ob cauſam oneroſam re non tradita reuocari nõ poteſt: ſed nec promiſsio de donando ob cauſam ſupradictã, quod eſt valde notãdum, vt ſupra dixi per iſtã legẽ. ¶ Itẽ quæro quare iſta lex magis ſe refert ad tẽpus mortis, quã ad aliud tẽp⁹, vt donatio habeatur pro facta? Dic ꝙ iſta promiſsio ſonat in futurũ. & tu habes, ꝙ verba
39 † futuri tẽporis dirigũtur ad tẽpus mortis, & durat vſq; ad hoc tẽp⁹. textus eſt qui hoc dicit in.l. 2. & ibi Bar. in prin.ff.de auro.& argẽto lega.quod nota.

¶ Ley. xxiij.

QVando el padre o la madre por contracto entre viuos o en otra poſtrimera volũtad hiziere a alguno de ſus hijos o deſcendiẽtes alguna mejoria del tercio de ſus bienes, que la tal mejoria aya cõſideraciõ a lo q̃ ſus bienes valierẽ al tiẽpo de ſu muerte y no al tiẽpo q̃ ſe hizo la dicha mejoria.

Summarium.

1 *Legatum & legitima qualiter ſe habent.*
2 *Donationes de tertio ſecundum quod tempus extrahantur de hæreditate.*

QVando el padre. Iſta lex eſt breuis, & clara, ideo nõ ſummatur. fuit tamẽ neceſſaria ad declarationẽ multarũ legũ iſtius voluminis, & pro l.9.ti.delas mã.fo.le.quibus dicitur, ꝙ parẽtes inter viuos, & in vltia volũtate, poſſunt meliorare ſuos filios, & nepotes, vel aliquẽ ex eis in tertio & quinto bonorum ſuorũ. nec dicebatur, an debeat haberi cõſideratio ad bona, quę pater habebat tẽpore promiſsiõis, an tẽpore mortis. Super quo fuit maxima cõtentio in conſilio regũ noſtrorum inter magnos conſiliarios & valẽtiſsimos doctores regalis curię, vt audiui à domino docto.de Pala.qui cũ eſſet tũc, & nũc eſt vnus procerũ dicti cõſilij & de antiquioribus, fuit in deciſione iſti⁹ quęſtionis. & inde iſta lex cum maturo cõſilio & deliberatione fuit facta. ¶ Hãc quęſtionẽ ſuſtinuit ipſe, vt refert in repetitione.c.per veſtras.de donatio.inter vi.& vxo.ſup tex.334.co.ver. Et iſta faciũt ad quęſtionẽ ſuper rubri.226.col.ver.itẽ ſi mater. ſed nõ decidit eã, quia ante editionẽ iſti⁹ legis dictã fecit repetitionẽ. & cũ l.iſta cõcor.l.19.ſupra. ¶ Ex quib⁹ legibus apparet maxima cautela cõtra legẽ ſupra proximã in fine. *Cautela* Quia ſi pater promiſit meliorare filiũ vel nepotẽ, & nõ meliorauit, habetur melioratio pro facta, & eſt valida iuris fictione per mortẽ patris.vt ibi.ſ.in qualitate: nõ tamẽ in quãtitate.nã promiſsione facta, pater poterit vẽdere, vel aliter alienare omnia bona ſua: & nõ cõſtat de fraude, filius nil cõſequetur ex promiſsiõe, & ſic euaneſcet donatio vel promiſsio, de qua in.l.ſupra pro
1 xima. ¶ Et quod dicimus in donatione, † idem dicimus in legitima, quia debetur ſecundum tẽpus mortis.l.cũ quæritur. C.de inoffi. teſta. cum ſimi. ¶ Habent enim ſe prælegatũ & legitima vt genus *Regula.*
2 & ſpecies. ¶ Quod limita in donatione † liberali, *Limita.* ideſt in illa, quæ ſit nulla cogente neceſsitate, ſed ſola liberalitas eſt cauſa donationis. ¶ Secus in illa, quę fit ex cauſa dotis, in qua non tẽpus mortis, ſed conſtitutionis dotis inſpicitur. per ea, quæ notat Bal.in.l.in ſucceſsione. C.de reuo.his quæ in frau. credi.& in.l.fi.§.fi.pe.co.C.de vſu.rei iudi. & in.l. quãuis.in fi.C.de fideico.Ang.& alij in.l.ſi vt proponas.§.hęreditatem.ff.de inoffi.teſt. Ange.& Io. de Imo.Ludoui.& Alex.in.l. pactũ. ad finẽ. C. de collatio.Ioã.de Imo.& Ancha.in rubrica.de teſta. Bal.& Sali.in.l.1.5.q.C.de inoffi.dotibus.Cinus in l.fi.pe.co.C.de pactis.quẽ alij ſequũtur.& ibi dicitur, ꝙ ſi pater aſsignauit filio legitimã in vita licet poſtea pater aliqua bona acquiſierit, de illis nihil habebit filius.& facit.l.ſi ita legatũ.ff.de auro & argento lega.ibi, hac demonſtratione præſens nõ futurum tempus oſtẽdit. ¶ Ad idem.l.fi.§.qui indiuiſam.ver.non faceret voluntatem.de lega.2. Et bene facit quod voluit Cinus, quem alij ſequuntur in.d. l.fina.pe.col.C. de pactis. dum loquitur de eo, qui non habebat niſi vnicũ filium, vt ibi per eum, qui dicit procedere, etiam ſi pater dixiſſet, dono tibi talia bona poſt mortem meã: nam debet attendi tempus donationis. licet Sali. ibi ſit contrarius in hoc. quem videtur ſequi Alex. in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obli. ſaluando in vno caſu ſolo, ſcilicet, quãdo per dicta verba induceretur cauſa mortis donatio, vt ibi latius per eum. ¶ Quãuis enim bona patris pereãt, filius habebit dictam legitimã, vel filia dotem. vt ſentiunt Bal. & Sali.in d.l.1.C.de inoffi.doti. ¶ Pręſertim ſi apparet de mẽte patris ex verbis vel factis, quoniam in hoc ſequenda eſt voluntas diſponentis.vt dicta.l. ſi ita le

gatum

gatũ & ibi Bar. ❡ Intellige tamẽ, quando filius fuit contẽtus dicta legitima, & renũciauit cũ iuramẽto totę hęreditati paternę, & eius ſucceſsioni, aliàs ſecus. ſecundũ Bal. in. d. l quãuis. ❡ Videtur etiam de mẽte tex. in. c. quàuis pactũ. de pactis. lib. 6. vbi videas Georgiũ in repetitione, maximè in. 5. col. in. 1. limita. ❡ Et ſecundũ hoc forſan debet intelligi quod voluit Bal. in. c. cũ. m. 7.

❡ Ley. xxiiij.

Qvãdo el teſtamẽto ſe rõpiere ⁿo

co. ver. & eſt argu. de cõſti. vbi argu. illius textus dicit, ꝙ filia, quæ recepit centũ pro integra ſua legitima, augmẽtatis facultatibus patris poteſt petere legitimam ex ſuperexcreſcentia bonorũ. quod dicit eſſe valde notandũ, & facere textũ in. l. his honoribus. §. auctis. ff. de vaca. mu. de quo dicto facit feſtũ Barba. in repe. rubricæ. C. qui admitti. char. 8. fi. co. vbi cumulat multa ſimilia, quę videas per te. & vide vltra alios do. doct. đ Pala. in repe. c. per veſtras. de donatio. inter virũ & vxo. ſuper text. 332. co. cũ duab⁹ ſequẽ. qui notãter loquitur. & pro eo eſt hodie tex. in. l. 29. circa finẽ infra, quam tene menti.

Nota. ❡ Et quanuis. d. l. 29. dicat, ꝙ in aliis donationibus habeatur cõſideratio ad tẽpus mortis: pręter quã in dote, in qua habetur cõſideratio ad tẽp⁹ promiſsionis: idẽ crederẽ in aliis donationibus remuneratoriis habere locũ, vt in eis habeatur reſpectus ad tẽpus promiſsionis, nõ ad tẽpus mortis promittẽtis, vel teſtatoris, aut donatoris: quia eadẽ eſt ratio & fortior: quia iſta potius eſt ſolutio debiti, quã donatio. & iſtud videtur ſentire glo. cõmuniter approbata in auth. vnde ſi parẽs. C. de inoffi. teſta. & in. l. ſi donatione. C. de collatio. Bar. & alij in. l. ſi fortè. ff. de caſtrẽ. pecu. & in. l. frater à fratre. ff. de conditio. inde. & in. l. 1. §. nec caſtrẽſe. ff. de collatio. bonõ. Abb. in. c. fi. in fi. de donatio. & quod dicit text⁹ optimus. in. l. binus. ff. ſi quid in frau. patro. tangit gl. licet nõ bene explicat in. l. ſi volũtate. C. đ dotis ꝓmi. & doct. ibi. Auge. in l. 2. §. creditũ. ff. ſi cer. ꝑet. Abb. ana. & Maria. in. c. cũ eccleſię. de ſimo. doct. in. l. diuortio. ff. de verb. obli. do. doctor de Pala. in repe. c. ꝑ veſtras. de dona. inter vi. & vxo. ſuper rubri. 227. co. vbi vide. ❡ Propterea intelligo. d. l. 29. ibi dũ dicit. pero las otras donaciones. ſ. liberales, nõ remuneratorię. vide quę ibi dixi ſuper hoc.

Intellectus ad. l. 29. infra.

Summarium.

1 *Legatũ de tertio & quinto, an inualidetur, rupto teſtamẽto.*
2 *Teſtamentũ impugnans, an debeat habere commodum ex eo.*
3 *Teſtamentum an præſumatur validum & ſolenne, ſi contrarium non probetur.*
4 *Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, vel exhæredatus, an ſit nullum.*
5 *Exceptio nullitatis contra teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, an debeat opponi.*
6 *Teſtamentum nullum, an conualeſcit aliquo caſu.*
7 *Teſtamentum contra officium pietatis, an ſit inofficioſum.*
8 *Querela inofficioſi teſtamẽti, quibus perſonis competit,*
9 *Querela inofficioſi teſtamenti, an competat contra quancũque inſtitutionem inofficioſam.*
10 *Querela inofficioſi teſtamenti vt competat, quæ requirantur.*
11 *Querela inofficioſi teſtamenti, quibus caſibus excluditur,*
12 *Querela contra quem poteſt moueri.*
13 *Querela an reſcindat teſtamentum in totum.*
14 *Querela an annullet fideicõmiſſum vniuerſalem.*
15 *Querela an competat vbi aliud remedium competit ſibi.*
16 *Querela an requirat, quòd hæreditas ſit adita.*
17 *Querela quid ſit.*
18 *Querela quando competat.*
19 *Hæres in re certa inſtitutus, habens cohæredem vniuerſalem, an habeatur loco legatarij.*
20 *Hæres in re certa, habẽs cohæredem vniuerſalem, an poteſt occupare rem ſibi relictam, authoritate propria.*
21 *Hæres in re certa, ſi antequã decederet agnouit ſuã inſtitutionem, an tranſmittat ius accreſcendi ex illa inſtitutione.*
22 *Hæres quando agat querela contra teſtamentum, & quando ad ſupplementum.*
23 *Legitima an debet ſuppleri à legatariis, & fideicõmiſſariis.*
24 *Legitima an debet neceſſariò relinqui titulo inſtitutionis:*
25 *Nepos an poteſt agere contra teſtamentum, quod pater approbauit, querela inofficioſi.*
26 *Hæres an capiat legitimam à ſeipſo, an à cohærede.*
27 *Clauſula. omni meliori modo. cuius ſit importantia.*
28 *Clauſula. omni meliori modo. an & quando ſubintelligitur:*
29 *Querela non præparata, an tranſmittatur ad liberos.*
30 *Tranſmiſſio querelæ, quibus caſibus habeat locum.*
31 *Querela quibus modis præparatur.*
32 *Querela an poteſt renunciari.*
33 *Filius præteritus, vel exhæredatus, quando videatur approbare teſtamentum patris.*
34 *Querela inofficioſi teſtamenti, & querela inofficioſæ donationis, in quibus differunt.*
35 *Filius approbans teſtamentũ, qui non poteſt agere querela, an poſſit agere ad ſupplementum.*
36 *Filius quibus caſibus poteſt exhæredari.*
37 *Querela quando poteſt preponi.*
38 *Exhæredatio an tollatur per reconciliationem.*
39 *Querela, inuito patre, an debetur filio.*
40 *Querela cõpetẽs monacho, an poteſt intẽtari per monaſteriũ.*
41 *Querela pendente, abſtinens in ea, an debeat alimentari, appellatione pendente.*
42 *Querela mota per vnum filiũ, an proſit alteri filio.*
43 *Verbum futuri temporis, an & quando inducit canonem ferendæ ſententiæ.*
44 *Teſtamentum, in quo vnus filius eſt exhæredatus, alter inſtitutus, an valeat.*
45 *Teſtamentum, in quo filius inſtituitur in re non ſtante, an ſit nullum.*
46 *Teſtamẽtum, in quo filio relinquitur res aliena, an ſit nullum:*
47 *Teſtamẽtum continens inſtitutionem incapacis, cui datus eſt cohæres capax, an ſit nullum.*
48 *Teſtamentũ, in quo verba non diriguntur ad filium, cui relinquitur*

quitur, ſed ad hæredem: vt (relinquo bona mea Titio, qui reſtituat filio meo) an valeat.
49 *Teſtamentum, in quo relinquitur filio minus legitima, cum prohib.tione, ne plus petat, an valeat.*
50 *Teſtamentũ continens præteritionem poſthumi, an valeat.*
51 *Clauſula codicillaris in teſtamẽto, an operet̃ vim fideicõmiſsi.*
52 *Teſtamentum, in quo poſthumus eſt præteritus, puta, quia de eo non fuit cogitatum, an valeat.*
53 *Teſtamentũ quod filius dixit nullum, an reconualeſcat.*
54 *Libellus contra teſtamentũ quomodo formetur.*
55 *Teſtamentum continẽs præteritionẽ legitimati, an valeat.*
56 *Teſtamentum, quibus caſibus ſit nullũ ex defectu teſtatorũ.*
57 *Præteritio quid & quotuplex ſit.*
58 *Legata in teſtamẽto relicta, in quo poſthumus eſt præteritus, vel quia de eo non eſt cogitatum, an conſeruẽtur.*
59 *Exhæredatio quid & quotuplex ſit. Et qui poſſunt exhæredari, & exhæredare.*
60 *Filius, qui cõmiſit ingratitudinem contra patrem, an poſſit exhæredari, ſi egit pœnitentiam viuo patre.*
61 *Exhæredatio facta filio iuſta cauſa, tollitur per reconciliationem.*
62 *Hæredis inſtitutio per quam legem, & ad quid fuit inuẽta.*
63 *Teſtator ſi facit ſecundũ teſtamẽtũ falſo rumore ductus: cõperta rumoris falſitate, an ſecundũ teſtamentũ ſit validum.*

1 QVãdo el teſtamẽto. Si † rũpatur teſtamẽtũ ex cauſa præteritionis vel exhæredationis; nõ rũpetur melioratio de tertio & quinto, ſed remanebit firma, acſi teſtamentũ non rũperet. hoc dicit. ¶ Nõ diuiditur, quia continet vnũ tantũ dictũ. & eſt notãda iſta lex, quia patet ex ea, ꝙ melioratio de tertio & quinto eſt prælegatũ, nõ legitima, quia ſi eſſet legitima, ſimiliter rũperet. ¶ Et cũ. l. iſta cõcordat auth. ex cauſa. C. de libe. pręte. vel exhęre. & in corpore vnde ſumitur. in fine. vt cum de app. cognoſ. in. §. aliud. & §. ſed hinc. & §. fine igitur. collatio. 9. & l. fi. titu. 8. ſexta partita. & l. 1. in fine. titu. delos teſtamẽ. in ordina. ¶ Quæro quæ fuit ratio, quare iſta lex fuit cõdita, cum per dicta iura ſit ſtatutum, ꝙ rupto teſtamento ex cauſa præteritionis vel exhęredationis legata & fideicõmiſſa remanebant firma. ¶ Reſpõde. quia dicta iura imperatorũ nullius erant authoritatis ex defectu poteſtatis cõdentis, vt habetur, & ibi dixi in. l. 1. prope finem ſupra. ibi, principalmẽte. nec poſſunt dicta iura allegari niſi quoad rationem. dixi in. d. l. 1. propterea fuit neceſſariũ, ꝙ dictæ leges per iſtam cõprobarẽtur, quia continebant rationem. ¶ Vel aliter, vt fertur in procemio ſupra, inter iuris peritos fuit cõtẽtio ſuper omnibus iis legibus cõtẽtis: maxime, an melioratio in tertio & quinto ſit legitima, an prælegatum. vt refert glo. in. l. 9. ti. delas mãdas. foro le. in parte, mejorar. quia ſi inſtitutio, dicebãt ipſi, quòd rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, rũpebatur melioratio de tertio & quinto. & timore huius iſta lex dicit, quòd rumpto teſtamento ex cauſa præteritionis &c. nõ rumpitur melioratio de tertio & quinto. ceſſabunt igitur altercationes doctorũ ſup iſto paſſu. ¶ Itẽ quo, an p hoc ſit reprobata hodie. l. cũ filius. in prin & quod ibi dicit Bar. de lega. 2. vbi dicitur, ꝙ prælegata nõ debentur, ſi teſtamentũ rũpitur, p parte. ¶ Itẽ, an etiã reprobetur dictũ Bal. in. l. nõ codillũ. 1. co & 1. notabi. C. de teſta. vbi dicit, ꝙ ſi hæredis inſtitutio non valet, legata & fideicõmiſſa non debentur per. l. fi. in. ver. nec tranſducere. C. de codici. ¶ Itẽ dicitur in. l. militis codicillis. in. §. miles. & ibi Barto. ff. de teſtamentis militum. & Bar. in. l. tale pactum. §. finali. ff. de pactis. & in. d. authen. ex cauſa. ꝙ legata ex teſtamẽto, in quo filius eſt præteritus vel exhæredatus, nõ cõſeruãtur p. d. authen. ex cauſa. ¶ Reſponde, ꝙ nõ corrigũtur: qa loquũtur in diuerſo caſu. i. quãdo filius ignorãter eſt pteritus vel exhæredatus. vt tenet Bar. in. d. l. militis codicillis. p illũ textũ. ¶ Vel melius, ꝙ dicta. l. cũ filius. loqtur, quando ipſe filius, cui legatũ eſt relictũ, impugnat teſtamẽtũ ratione præteritionis vel exhęredationis: quia ex quo impugnat teſtamentũ, non debet habere cõmodũ ex eo. l. legata inutiliter. de legatis. 1. ¶ Sed pro maiori declaratione iſtius legis, & dictę legis. *Queſtio.*
2 legata inutiliter. pone † teſtator habens plures filios vni eorum reliquit tertiã & quintam partem ſuorũ bonorum: & alios inſtituit hæredes vniuerſales in reſiduo: Iſtud teſtamentum eſt nullum de iure ciuili: quia is, cui fuit relicta tertia & quinta pars bonorum, fuit præteritus. Et etiam eſt nullum de iure canonico. vt notatur in. capitu. primo de teſtamentis. libro ſexto. in gloſſa. licet aliqui dicant, ꝙ de iure canonico ſufficit quoquo relicti titulo. per capitulum. raynuncius. de teſtamentis. Tamen in hæreamus nunc iuri ciuili: quia leges regni magis adhærent in hoc iuri ciuili, vt patet in lege. ſexta. titulo tertio. ſexta partita. & lege trigeſimaprima. infra. eſt dubium, nunquid rupto teſtamento vel anihilato ex cauſa præteritionis vel exhæredationis filij meliorati: filius iſte melioratus debeat habere prælegatum ſibi relictum de tertia & quinta parte bonorum teſtatoris; & inſuper ſuam partem legitimam ab inteſtato. Iſta lex ſentit ꝙ ſic. Quare dic, quòd rupto teſtamento, melioratio de tertio & quinto remanet firma, ideo melioratus ſuccedit ab inteſtato cum inſtitutis. ¶ Præterea ſi melioratus impugnat teſtamentum, eſt quo ad ipſam hæredis inſtitutionem: ſed quoad reliqua non impugnat, ideo prælegata, quæ non impugnantur, remanent firma. argu. textus in. c. licet heli. de ſimo. & l. ſi idẽ cũ eodẽ. ff. de iuriſditio. omniũ iudi. ¶ Secundo, qa venit filius melioratus tanquam quilibet. ¶ Tertio, qa magis iudicio legis, quã teſtatoris. argu. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. ff. de adop. facit lex quæſitũ in ratione literę. ff. de acquiſ. hæredi. Ideo filius prętiteritus vel exhæredatus impugnans teſtamẽtũ, cõſequitur ſuã pte legitimã. & inſuper relictũ d tertio & quĩto. ¶ Cõtra hoc facit lex. 12. q reipſi. ſi algũ hõbre. ti. dlas mãdas fo. le. vbi dicitur, ꝙ ſi præ-

teritus vel exhæredatus impugnat teſtamentũ de
inofficioſo,& perſeuerauit vſq; ad ſententiã,amit-
tit omne relictũ ſibi in teſtamẽto.& hoc maximè,ſi
fuit iudicatũ pro teſtamẽto.& idẽ dicit. l. papinia-
nꝰ.§.meminiſſe.ff.de inof.teſt.&.l. ſi teſtamẽtũ. &
ibi gl.Bar.& doct.ff.de petitio.hęre. ¶ Pręterea iſte
pręteritus vel exhęredatus impugnat teſtamẽtum
cũ effectu,ergo non debet ex eo cõmodũ habere.l.
filiũ.§.omnibus.&.l.virilis. §. ſi quis ex liberis. ff.
de lega.pręſtan. ¶ Iſtam partẽ tenet Bal.in.d.auth.
ex cauſa.pe.& fi.col.ver.octauo quęritur.vbi dicit,
ꝙ tã de rigore, quã de ęquitate filius impugnãs te-
ſtamentũ,non cõſequitur legatũ & legitimã. ratio
ſecũdũ eſt,eum quia teſtator videtur legaſſe animo
minuẽdi de vniuerſali ſucceſsiõe.qđ patet,quia ad
aliũ applicauit.vt.l. quod in rerũ.§. ſi quis. poſt.de
lega.1.ſed certũ eſt,ꝙ illud, quod fit ad diminutio-
nẽ non debet augere portionẽ.d l.legata inutiliter.
de lega.1.& miratur Bal. de his,qui cõtrariũ tenent
in.d.auth.ex cauſa.quę auth.nõ vult aliud,niſi vo-
luntatẽ teſtatoris obſeruari. Ideo textus in corpore
dicit qui nũc filij ſunt.debẽt ſtudere parẽtum ani-
mos ſeruare:ſed nemo ſanę mẽtis diceret,patrẽ hoc
ſenſiſſe,ſi cogitaſſet:ergo &c. Argu.notatorũ in.l.ta
le pactũ.§.fi.ff.de pactis. ¶ Iſtã partẽ tenet Nico. đ
nea.in.l. nẽſemus.ff. de excuſatio.tuto.vbi dicit,ꝙ
legatarius non ſeruans voluntatẽ teſtatoris, perdit
omne cõmodum ſibi in teſtamẽto relictũ. ¶ Iſtam
quęſtionẽ mouet etiã glo.in.l.6.ti.de las mãdas. fo.
le.ver.itẽ ſi vera eſſet opinio.& reſidet in hãc partẽ.
Ange.in auth.vt cũ de app.cogno.§.fi.in fine.colla
tio.3.Bar.in.d.§.omnibus.vbi dicunt,ꝙ legata filio
preterito pereũt,ſi ille rũpit teſtamẽtũ. igitur &c.
Solut. ¶ Pro ſolutione tu dic, ꝙ facta differentia perſona
rũ impugnantiũ teſtamentũ,ceſſat cõtrarietas ſupe
rius ſumpta. Quia ſi is,cui legatũ fuit relictũ,impu
gnat teſtamentũ prætextu pręteritionis vel exhę-
redationis,perdit legatũ ſibi relictũ,maximè ſi fer
tur ſentẽtia pro teſtamẽto.& ita loquitur.d.l. 12.tit.
de las mãdas.fo.le.&.d.l.papinianus.§. meminiſſe.
&.l.fi.in princi.ti.8.ſexta parti.& alia iura inducta
pro iſta parte. ¶ Si tamẽ non ipſe legatarius,ſed al-
ter præteritus vel exhæredatus impugnaret teſta-
mentũ,alter melioratus non perderet relictũ, quia
nõ eſt in culpa:ergo non debet puniri. & ita loqui
tur iſta lex.& iſto caſu loquitur Spe.in ti.de procu
ra.§.1.ver.porrò.vbi dicit,ꝙ reciſo teſtamẽto, lega-
ta ſoluũtur liberis & parẽtibus ſine ſexus differen
tia.ſ.quãdo teſtamentũ non fuit reciſum ad quere-
3 lam liberorũ vel parentũ. ¶ Et nota,ꝙ † teſtamẽ-
tum præſumitur validũ & ſolẽne, niſi contrarium
probetur.vt.l.ſi ſcriptum.& ibi Bald.in principio.
C. de probatio. & glo. in ver.obtineas.& ibi Bar.
iu.l.ſi poſt diuiſionẽ.in fi.C.de iuris & fac.igno.
4 n ¶ Se rõpiere. Intellige † de facto. quia de iure
ruptum atq; irritũ eſt teſtamentum continẽs præ-
teritionem vel exhæredationem, vt. d. authen. ex
cauſa.& ibi doct.& Bal.C.de libe.præ.vel exhęre.
&.l.1 ff.de iniuſto rup.teſta.&.l.1.ff.de vulga.& pu
pi.&.l.ꝓxime.ff.de his quę in teſtamẽ.de. ¶ Et no-
5 ta,ꝙ † licet teſtamentũ ſit ruptũ vel irritũ ex cau-
ſa præteritionis vel exhęredationis, eſt neceſſe , ꝙ
apponatur.vt in Spe.de loca.§.6.ver.47.&.ver. itẽ
ex cauſa pręteritionis.& tunc teſtamentum debet
irritum declarari per textum in.l.eius qui delatorẽ
ff.de iure fiſci.&.c. ſecũdum leges.de hæreticis . li.
6.cũ aliis . ¶ Sed ſi pẽdet quęrela inter præteritũ
& ſcriptũ hæredẽ,& đciditur trãſactiõe nõ rũpitur
teſtamentũ,ſed remanet validũ.per.l.ſi ſuſpecta. §.
1.& ibi.Bar.ff.de inoffi.teſta. ¶ Si tamẽ filius dixit
teſtamẽtũ nullũ,& ſuper eo non fuit facta compo-
ſitio vel tranſactio,non reconualeſcit.vt per Bal.in.
le.2.C.de poſthu.hære.inſti.& in.l.ſeruus. 4. nota.
6 C.de repudi.hære. ¶ Et nota,ꝙ † teſtamentũ vno
momento rumpitur,& nõ reparatur.& eſt ratio,qa
extinctũ,nunquã reſurgit vt.d.l.2.C.de poſthu.hę
redi.inſti.vel exhæ. ¶ Hinc dicimus , ꝙ inſtitutio
hæredis,quæ ab initio eſt inutilis propter perſonã
teſtantis,quia fortè erat impubes,non conualeſcit,
licet poſtea fiat pubes. vel ſi erat ſeruus,non conua
leſcit,licet poſtea fiat liber. vel ſi erat filiuſfamilias.
non conualeſcit , licet poſtea fiat ſui iuris . Item ſi
erat furioſus,non firmatur,licet poſtea fiat ſanę mẽ
tis. Item ſi erat captus ab hoſtibus,non firmatur,li-
cet poſtea redeat.& hæc omnia probantur in.l.ſi fi
lius.ff.de teſti.&.l.eius.eo.ti.& in lege prima . §. 1.
de lega.3.de quibus & de multis aliis vide plenè p
Dinum in regula.non firmatur.lib.6.2.col. ¶ Opp.
contra iſtam legem de lege.2.&.3.& ibi Pau.de Ca
ſtro.& Bal.2.oppo.C.de poſthu.hæredi . inſti. vel
exhære.& de lege.6.ti.8.ſexta partita . vbi dicitur,
præteritionem cum conſenſu filij non vitiare teſta
mentum.ergo teſtamentum non eſt nullũ. ¶ Solu.
verũ eſt,quãdo conſenſus præceſsit, & cauſa eſt in
ſerta in teſtamento.vt per Bar.in.l.ſi quando . §. &
generaliter.ver. vltimo quærit glo.C.de inoffi . te-
ſta.glo.& Bal.in.l.ſcimus.§.cũ aũt.eo.ti.aliàs ſecus.
vt dicta.lege.6.& hic. ¶ Itẽ nota,ꝙ etiã ſi filius vi-
uo patre moriatur,non reconualeſcit teſtamẽtum.
vt.l.ſi filiꝰ,ff.đ libe.& poſth. ¶ Et ita eſt verũ quod
dicit Bar.in lege.filio preterito.pe.co . ver . quæro
quid in patre.ff.de iniuſto.teſta.& Bal. in additio.
ad Spe.ti.de teſta.1.col.ver.ſi præteritꝰ.vbi dicitur.
an patre præterito approbãte teſtamentum recon-
ualeſcat. ¶ Sed quia iſta lex loquitur de iniuſto,ir
rito,& nullo teſtamento:deliberaui interſerere ali-
quas concluſiones notandas. ¶ Prima concluſio . ꝙ
7 † teſtamẽtũ eſt inofficioſũ,eo ꝙ eſt factũ cõtra of-
ficiũ pietatis. Nã officiũ pietatis eſt,ꝙ pater inſti-
tuat filiũ in legitima.tex.in.l.2.ff.de inofficioſo te-
ſtamẽto.& inſti.eo.in principio.& filius patrẽ.vt.
l.nã etſi parẽtibus.in principio.ff.de ĩoffi. teſta. ibi
dũ dicit, pie relinq debet.& in.l. 1.ti.8. ſexta parti.
vnde ſi pater filiũ exhęredat, cũ nõ vtatur officio
pietatis,

pietatis cōpetit cōtra tale teſtamentū querela quæ
2. Cōcl. dicitur inofficioſi teaſtmenti. ¶ Secūda cōcluſio. ꝙ
8 † querela inofficioſi teſtamenti cōpetit filio, & cæ
teris deſcēdētibus exhęredatis. vt l. 3. in principio.
ff. de inoffi. teſta. & inſti. eo. in princi. & l. 1. titu. 8.
ſexta partita. ¶ Etiam ſi pater filiū exhęredatum ne
gauit eſſe ſuū filium. vt l. ſi inſtituta. §. 1. ff. eo. ¶ Et
nō ſolū deſcendentibus, ſed aſcendentibus exhære
datis. tex. in l. 1. ff. de inoffi. teſta. & inſti. eo. ti. §. 1.
dixi in l. 6. ſupra. ¶ Quod procedit, etiam ſi filius
& ex eo nepos exhæredatus ſit natus ex filio emā
cipato. vt l. neptem. C. de inoffi. teſta. ¶ Procedit
etiam ſi filius exhæredatus accuſet primo teſtamē
tum de falſo, & ſuccumbat: nam poſtea poteſt redi
re ad querelam. vt l. eum qui C. de inofficio. teſta.
¶ Hoc tamen vltimū intellige, quādo filio compe
tebat querela: ſecus ſi habebat ius agēdi ad ſupple-
mentū. tenēt Pau. de Ca. Sa. & Iaſon in d. l. eū qui.
9 3. cōclu. ¶ Tertia concluſio. ꝙ † non ſolum cōtra teſtamen-
tum inofficioſum cōpetit iſta querela: ſed etiā con-
tra inofficioſam inſtitutionē. tex. & notat Bal. in l.
parentibus. C. de inoffi. teſta. ¶ Quod tamen credo
nō procedere. quia cùm aliquid habet licet minus
legitima: non habet querelā, ſed ius agendi ad ſup-
plementū. per tex. in l. omnimodo. C. de inoffi te-
ſta, & l. 5. titu. 8. in fine. ſexta partita. & hoc fuit de
4. cōclu. mēte Iaſo. in d. l. omnimodo. in quantū allegat. d. l.
10 parētibus. ¶ Quarta concluſio. ꝙ † ad hoc vt ſupra
dictis perſonis competat querela, requiritur, ꝙ ſint
exhęredati, cauſa expreſſa in exhęredatione & iu-
ſta, attamē non probata per heredem. vt auth. nō li-
cet. C. de libe prę te. vel ex. & in auth. vt cū de app.
cognoſcitur. §. aliud quoq; capitulū. collatio. 8. ¶ Si
11 tamē † cauſa inſerta probatur, excluditur querela,
vt dictis iurib⁹ ¶ Et nou ſolū hoc caſu excluditur à
querela: ſed etiā à iure agēdi ad ſupplementū. vt d.
l. omnimodo. ver. ſi tamē. vbi textus facit differen-
tiā. & melius in l. 4. ti. 8. ſexta par. per quæ iura eſt
hodie correctus text⁹ in l. liberi. C. de inoffi. teſta.
qui textus faciebat differentiā inter aſcēdentes &
deſcendentes in iſto pūcto. attamē hodie nullā eſt
differētia in vtroq; caſu, cū ſemper hæres defuncti
teneatur ꝓbare ingratitudinē in teſtamēto expreſ-
ſam. ſiue defunctus ſit aſcēdens, ſiue deſcendēs. &
ita tenēt doct. poſt gl. in d. liberi. quod etiā proba-
tur. ex. d. l. 4. ti. 8. ſexta parti. ibi dū dicit, y le deſhe
redaſſe el teſtador por tal razō. eā. ſ. exprimēdo in
teſtamēto. ¶ Adde tamē, ꝙ licet in exhæredatione
requiratur expreſsio cauſę, vt dictū eſt, illud proce
dit ad hoc, vt repellatur à querela: tamē ſi fratres ꝓ-
bāt cauſam ingratitudinis, licet non expreſſam in
exhęredatione, ꝙ talis filius exhęredatus priuatur
ſucceſsione. doctrina eſt Ange. in auth. de nup. §. in
gratitudinē. collatio. 4. quæ nō eſt alibi ſecundū Ia
Contra. ſo. in l. eum mota. 5. co. C. de tranſactio. ¶ Cōtrariū
tamē & melius tenet Ange. in l. 1. ff. de inoffi teſta.
& Laſ. in l. in arenā. poſt principiū. C. de inoffi. te-

12 ſta. ¶ Quinta cōcluſio. ꝙ † querela cōpetit cōtra ſcri 5. cōclu.
ptū hęredem per l. ſcimus. §. fina. C. de inoffi teſta.
& l. circa. & l. inſtituto. §. pe. ff. eo. & l. 1. tit. 8. ſexta
parti. ¶ Et nō ſolum cōtra hęredem, ſed cōtra illū,
qui habetur loco hęredis. vt l. 1. & ibi doct. C. de in-
offi teſta. maxime Iaſo. a. col. ¶ Ideo datur contra
fideicōmiſſarium vniuerſalem. vt eſt ibi textus. &
cōtra fiſcū, qui habetur loco hęredis. vt l. ſi hęredē.
C. de inoffi. teſta. ¶ Ex quo etiā reſultat. ꝙ dignitas
inſtituti nō excludit querelam. ¶ Ex quo venit, ꝙ
etiam ſi pauperes Chriſti ſint inſtituti. filius nō ex
cludetur a querela. verba ſunt glo. & ibi tenet Bar.
in l. papinianus: §. ſi imperator. ff. de inoffi. teſta fa
cit tex. in c. ſi. 17. q. 4. & quod notat gl. per illū tex.
in l. ſi quis ad declinādā. C. de epiſco. & cle. ¶ Sex- 6. cōclu.
13 cōcluſio eſt. ꝙ † querela inofficioſi teſtamēti reſcin
dit totū teſtamentū. l. ſi maritus. C. de inoffi. teſta.
& d. l. papinianus. §. ſi ex cauſa. & in l. mater dece-
dēs. ff. eo. ¶ Quod procedit, ſi totū eſt inofficioſum
& in parte officioſum & bonū, putà, vnus filius eſt
inſtitutus: nā tūc pro parte fratris inſtituti eſt offi
cioſum & bonū: pro parte tñ hęredis extranei, erit
inofficioſum, & ſic nō rūpitur niſi in pte extranei,
in quo teſtamentū eſt inofficioſum. per textū in l.
cū duob⁹. C. de inoffi. teſta. ¶ Pone etiā exēplū in
fratrib⁹. vt eſt tex. in l. circa. ff. de inoffi. teſta. quod
hodie eſt correctū. per iſtā legē. & per auth. ex cau
ſa C. de libe. prę. vel. ex. vbi querela inofficioſi te-
ſtamēti rūpit inſtitutionē tantū. vt ſunt iſta iura ex
preſſa ¶ Quod intellige. ſ. ꝙ rūpit inſtitutionē inof
ficioſam, nō tamē officioſam & ęquā. Itaq; pro par
te, pro qua teſtamentū nō eſt inofficioſum, nō rum
pitur etiā inſtitutio. qđ probatur per ſupradicta in
hac quęſtione. ¶ Probatur etiā quia in d. auth. ex
cauſa. tūc rūpitur inſtitutio: quādo cōtra teſtamen
tū competit querela. & hoc eſt. qđ propriè vult ibi
text⁹: ſed ſic eſt, ꝙ quādo teſtamentū eſt pro parte
inofficioſum non cōpetit querela, vt dicta auth. ex
cauſa. & ſic nō rūpit inſtitutio officioſa. ¶ Ex qua
14 auth. etiā venit, ꝙ † querela iſta anullat fideicōmiſ-
ſum vniuerſale quo ad legitimā tantū. vt eſt glo. in
l. ita tamē. § quotiēs. ff. ad trebellia. tenēt doct. in l. 1.
C. de inoffi. teſt. & Bar in d. auth. ex cauſa. ante pe.
col. ¶ Circa quem pūctū tamē eſt hodie correctus
tex. in d. l. 1. vbi querela iſta anullabat totū fideicō-
miſſum vniuerſale. ſecūdū doct. ibi. quod hodie nō
procedit per iſtā legē. & per dictā auth. ¶ Septima 7. cōclu.
15 cōcluſio eſt. ꝙ † querela iſta eſt ſubſidiaria, nō cōpe
tit vbi aliud remediū competit. textus eſt in §. tam
autem. inſti. de inoffi. teſta. Quod intellige, quan-
do aliud remedium tribuit ius in proprietate, ſe-
cus aliàs, nam tunc competeret querela, etiam ſi
aliud remediū cōpetat. vt l. 2. C. de inoffi. teſta. vbi
glo. & doct. & eſt exemplū in bonorum poſſeſsio
16 ne cauſa litis agnoſcēdę. ¶ Octaua cōcluſio. ꝙ † ad 8. cōclu.
hoc vt competat iſta querela, requiritur quod ſit
adita hæreditas. vt l. ſi quis filium. & l. ſcimus. § fi.

C.de inof.teſt.& l.papinianus.§.ſi cõditioni.ff.eo.
& in hoc dic etiã,ꝙ hæres cogitur adire.vt.d.l.ſci-
mus.§.ſi.ad quod certus aſsignatur terminus,vt ibi
17 ex tex. ¶ Nona cõclu. ꝙ † iſta querela nõ eſt actio,
9.cõclu. neq; accuſatio: vt in pluribꝰ legibus illius tituli. ff.
&. C.de inoff.teſt.nũcupat.ſed eſt officiũ iudicis.
glo.eſt in.l.poſthumꝰ.in.§.ſi quis ex his.ff.eo.&ibi
hoc tenet Bar.& glo.in.l.ſi pater puellę.eo.ti.& ibi
ſcribẽtes.& glo.inſti.eo.in prin.et Bar.loquẽdo re-
gulariter de q̃rela in.l.nã et poſtea.§.ſi minor.2.co.
ver.opp.ſecũdo.ff. d iure iu.dicit,ꝙ querela nõ eſt
actio,ſed eſt remediũ ſubſidiariũ,ideſt officiũ iudi
Querela diffini- tur. cis. ¶ Ex quibꝰ dico, ꝙ põt hoc modo diffiniri iſta
querela,licet per docto. in aliquo loco nõ ponatur.
ꝙ Querela eſt officium iudicis præparatorium, te
ſtamentũ inofficioſum reſcindens,& ducens rẽ ad
cauſam inteſtati. ¶ Qđ ſit officiũ iudicis , patet ex
principio iſtius cõcluſionis.ꝙ ſit pręparatoriũ,pa-
tet.nã querela iſta eſt pręparatoria petitionis hære
ditatis.nam cũ expugnato teſtamento per querelã
res deducitur ad cauſam inteſtati,vt ſtatim dicetur,
competit petitio hæreditatis huic filio ad ſuccedẽ-
dum ab inteſtato de iure ciuili ſecundũ doc.in ru-
brica.C.de inoffi.teſta. ¶ Item ꝙ ſit reſciſſorium,&
reſcindat teſtamẽtum , patet in ſexta concluſione.
¶ Itẽ ꝙ in hoc caſu deducat rẽ ad cauſam inteſtati,
probatur in.l.cum duobus.C.de inoffi.teſta.& in.
l.circa. eod.titu. vbi quis ſuccedit mediãte iſta que
rela,dicitur ſuccedere ab inteſtato. ¶ Quod ſit inof
ficioſum,patet in prima cõcluſione. ¶ Decima cõ-
18 cluſio.ꝙ † ſi tota legitima nõ eſt relicta , cõpetit iſta
18. cõcl. querela , ſicut ſi eſſet exhęredatus . quia ad hoc , vt
non cõpetat querela,requiritur,ꝙ legitima ſit reli-
cta filiis. ¶ Et practica attento iure nouo erit iſta.ꝙ
ſi tota ſit relicta,non cõpetat querela.vt.l.cũ quęri-
tur.C.de inoffi.teſta.ſi autem minus legitima relin
quatur,tũc agitur ad ſupplemẽtũ. vt.l.omnimodo.
&.l.ſcimus.in princi.& in.§.repletionem.eod.titu.
licet olim cõpetebat querela, ſicut quãdo nihil re-
linquebatur.vt.d.l.cũm quęritur.& in hoc puncto
eſt correctus ille textꝰ.per.d l.omnimodo. ¶ Secũ-
dò corrigitur.d.l.cũm quęritur.in alio. quia legiti-
ma olim erat quarta pars bonorũ: ſed hodie omnia
bona ſunt legitima , excepta tertia & quinta parte
bonorum.vt.l.9.titulo de las mandas.fo.legũ. adde
tamen in hoc , ꝙ filius legitima ſibi relicta capit à
ſeipſo.ideſt propria authoritate, niſi cohęres occu
pauerit totam hęreditatem. nam tunc capit de ma-
nu cohęredis.doctrina eſt doctorum in.l. ſi poſt di
uiſionem.C.de iuris & facti ignorãtia.& in.l.3. C.
de inoffi. teſta.& dicetur in.12.concluſione. ¶ Dic
etiam in hoc,ꝙ hęres,qui occupauit totã hæredita-
tem,& eſt cõtumax in reſtituendo legitimam,quæ
ſola relicta eſt,vſq; ad ſententiam,punitur in aliam
tertiã partem quantitatis in teſtamento relictę.tex.
eſt in.l. ſi quis ſuo. in princi.C. de inoffi.teſta. Ex
quo nota ſequentem concluſionem.

19 Adde. Nota tamen,ꝙ † ſi inſtitutus in re cer
ta habet cohæredem vniuerſaliter in-
ſtitutum,quia adiuit,habetur loco le-
gatarij.præterquam quoad querelam,& ius dicen-
di nullum,per ea, quæ dicunt doctores in. l. quo-
tiẽs.C.de hęre.inſti.& ita intelligit glo.in.l.ſi quis
20 priore.ff. ad trebellia. ¶ Et etiam † prærerquã ad re
cipiendũ rem illã propria authoritate. quia licet le
gatarius nõ poſsit.vt.l.1.ff. quorũ lega. ſecus eſt in
hęrede inſtituto in re certa.ſecũdũ Bar. notabiliter
in.l.ex facto.ff.de hære. inſti. quia videtur dediſſe
licẽtiam , cũm reliquerit per verba directa. vt per
Imo. in.l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hære.inſti. & Bal.in
c. ſi pater. in repe. de teſta.in ſexto. Pau.de caſt.in
d.l.quotiens.C.de hæredi.inſti. ¶ Si autem hęres
vniuerſalis repudiaret , tunc ſecundum magis cõ-
munem opinionẽ per omnia habetur hęredis,quia
ſibi accreſcit totum,ac ſi à principio nullus fuiſſet
datus cohęres. per dic. §.ſi ex fundo in ratione ſui.
& per Bar. & Bal.in. d.l.ſi ex facto. Ange. Sali. &
Pau. de ca.in.d.l.quotiens.idem Bar.in.l. quotiẽs.
21 §.ſi duo.ff.de hære.inſti. ¶ Et ſi † antequam hæres
rei certæ decederet ipſe agnouit ſuã inſtitutionẽ,
tranſmittit ius accreſcendi ex illa inſtitutione: &
etiam rem illam efficaciter:quia per ſuam agnitio-
nem eſt cõfirmatum teſtamentũ,& omnia conten-
ta in eo. l. ſi nemo. ff. de teſta. tute. hæc Bar.in.d.l.
quotiens.in fine.& in.d.l.ex facto. Alexã. ſuſtinet
opinionem Bar.contra aliquos in.d.l.quotiens.vi-
de ibi per eum. ¶ Vndecima cõcluſio.ꝙ hodie quã
do minus legitima relinquitur,agitur ad ſupplemẽ
tum,& nõ querelæ.vt.d.l.omnimodo.& in.§.reple
tionem.& iſtud ſupplementũ ineſt ipſo iure ſi pe-
tatur à parte.tex.eſt cum glo.& ibi docto.in.d. l.ſci
mus.in principio.nec propter hoc intelligas, ꝙ im
peditur tranſmiſsio ſupplemẽti.vt ſingulariter di-
cit Sali.in.d.l.ſcimus. ¶ Iſta tamẽ concluſio proce-
dit, etiã ſi in relicto ſit inſtituta turpis perſona. De
terminatio eſt notabilis Bald.in.l.fratres.4.q.C.de
inoffi.teſta.tenet Pau.de ca. conſi.59. primo volu.
& hoc approbat Iaſo.in.d.l.omnimodo. reprobata
opi. Pau.de ca.in dict.l. fratres.& in.d.l. omnimo-
do.vbi tenuit contrarium. ¶ Secundò procedit ne-
dum quando eſt relictum minus legitima in teſta-
mento in ſcriptis,ſed etiam nuncupatiuo.vt.l.quæ
nuper.C.de inoffi.teſta. ¶ Adde tamen in hoc ſin
gulariter,quòd ius agendi ad ſupplementũ non eſt
hodie correctũ,neq; ſuperfluũ , licet videbatur, ꝙ
ſic.per tex.in.d.authen.ex cauſa.nam cũ iſtud ſup-
plementum ſit inductum ne teſtamenta rũpantur.
vt.d.l.omnimodo. in principio.&.d.l. quæ nuper.
& hodie ex cauſa exhęredationis nõ rumpatur te-
ſtamentum.vt.dict.authen.ex teſtamento. videba-
tur quòd eſſet correctum,vel ſuperfluum. quare di
cendum erit,ꝙ non eſt correctũ, neq; ſuperfluum.
quia in.l.omnimodo. teſtamentũ in nihilo rumpi
tur,ſed in. d. auth. ex cauſa rũpitur, ſaltem quo ad
inſtitutionem.

inſtitutionem. ita tenet Iaſ. in d.l. ſi quis filium. &
in d.l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. vbi dicit eſſe
ſuum nouum dubium. Et licet amplius non dicat,
22 tu dic, ꝙ effectus eſt, ꝙ † ſi aliquid relinquitur fi-
lio, agit ad ſupplementum legitimę tantùm. vt. d.l.
omnimodo. ſed ſi in totum eſt exhęredatus, rumpi
tur teſtamentum quo ad inſtitutionē, etiam ſi inſti
tutio ſit facta vltra legitimā, ſed in d.l. omnimodo.
non fuit affectus tāta iniuria, cùm aliquid fuit ſibi
relictum. ¶ Adde etiam in hoc, ꝙ quando agitur ad
ſupplementum, debet ſuppleri legitima reſpectu
bonorum, quę teſtator habuit tempore mortis. vt. l.
cum quæritur. auth. nouiſsima C. de inoffi. teſta.
& ibi notāt doct. ¶ Dic etiam. ꝙ debet ſuppleri ex
corporibus hęreditariis. ut d.l. ſcimus. §. repletio-
nem. &. d. auth. nouiſsima. vbi ex ſubſtantia defi-
23 ciētis debet ſuppleri. ¶ Dic vltra, ꝙ † ſupplementū
legitimę debet fieri à le[illegible]atariis & fideicōmiſſariis
pro rata. Barto. in l. in quartam. ff. ad legem falci. fi.
col. per tex. in d. §. repletionē. ¶ Limita tamen hoc
ſ. quòd in legitima inſpicitur tempus mortis, niſi
pater cauſa fraudādi filios in legitima fecit donatio
nem inofficioſam. nam tunc quanta ſit legitima, in
ſpicitur tempus donationis inofficioſæ. vt in auth.
vnde ſi parens. & ibi notat Bar. C. de inoffi. teſta. &
24 l. 1. C. de inoffi. donatio. ¶ Duodecima cōcluſio. ꝙ †
12. cōcl. nō ſufficit ꝙ legitima ſit relicta ad hoc, vt nō cōpe-
tat querela. vt. d.l. cùm quęritur. ſed requiritur, ꝙ re
linquatur titulo inſtitutionis. vt in auth. vt cum de
app. cognoſ. §. aliud quoq; capitulū. collat. 8. glo. &
ibi doct. in d. auth. nouiſsima. ¶ Et quæ ſit ratio hu-
ius, vide per Bal. & Iaſo. ibi. ¶ Adde tamen, ꝙ ſuf-
ficit, ꝙ in aliqua parte legitimę, licet minima, ſit in-
ſtitutus. vt per Bal. in d.l. omnimodo. docto. in l. ſi
25 quis prior. ff. ad trebellia. ¶ Secūdò a lde, ꝙ † ſuffi-
cit etiā, ꝙ ſit inſtitutus in certis reb9, licèt nō in quo
ta. tex. in d. auth. vt cū de app. cognoſcitur. §. hæc au
tem diſpoſuimus. glo. in d. auth. nouiſsima. Ratio
eſt, quia inſtitutio in certis rebus trahitur ad vni-
uerſum. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſti. & in l.
quotiēs. eod titu. ¶ Ex quo nota. ꝙ hoc habet locū,
quando non eſt datus cohęres vniuerſalis: ſecus ſi
eſſet datus, quia tunc nō traheretur ad vniuerſum.
vt dictis iuribus. ¶ Quod procedit, etiam ſi illæ cer
tæ res ſint minus legitima, nam ſufficit, ꝙ relinqua
tur titulo inſtitutionis, cùm tūc poſsit agere ad ſup
plementum. vt d. §. hoc autē diſpoſuimus. in prin-
26 cipio. ¶ Adde tamen, ꝙ † eſt magna differētia ſi ſit
inſtitutus in quota. vel in certis reb9. quia ſi in quo
ta, poteſt capere propria authoritate: ſed ſi in certis
reb9, tunc nō. determinatio eſt ſingularis. Bal. in l. ſi
Regula. quis ſuo. in princi. C. de inoffi. teſta. ¶ Ex quibus.
omnibus nota intellectū verū ad. d.l. omnimodo.
ſ. ꝙ ad hoc, vt poſsit agi ad ſupplemētū, requiritur;
ꝙ illud, quod relinquitur, relinquatur titulo inſti-
tutionis. vt d. iurib9. & in hoc eſt correcta illa lex,
vbi ſufficiebat relinqui quocunque titulo. ſecun-

dum glo. & docto. ibi. ¶ Et idem in aſcendentibus
ſcilicet. quòd legitima debeat relinqui titulo inſti
tutionis. de quo per Iaſo. in d. auth. nouiſsima. 9.
col. doctores etiam & Bal. in l. maximum vitium.
C. de libe. prętе. vel ex. & in d. auth. ex cauſ. 4. col.
per Bald. & in l. 1. C. de contra. tab. Ange. in l. nam
& ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. Bar. tamen in d.
auth. nouiſsima. dicit poſſe relinqui quoquo reli-
cti titulo, ſicut & patrono. & idem Bar. in l. fine. §.
excludetur. ff. de iure patro. & in rubrica. ff. ſi quis
à paren. fue. ma. & in l. filio præterito. ff. de iniu-
ſto teſta. notatur in auth. vt cū de app. cognoſcitur
§. aliud quoq;. ver. fi. Ange. in l. ſi à milite. §. fi. ff. de
teſta. mili. Sed Pau de ca. in d. auth. ex cauſa. & l. 1.
C. de bono. poſſe. cōtra tab. liberti. dicit, ꝙ debet re
linqui titulo inſtitutionis. & Bal. in d.l. omnimo-
do. 1. q. vide etiā in l. in fine. tit. 8. ſexta partita. ¶ Et Extēſio.
quod dixi, ꝙ legitima debet filiis & parentibus re-
linqui titulo inſtitutionis: eſt verum, etiam filio &
parenti furioſo. per ea, quæ dicit Bal. in l. humani-
tatis. 5. col. C. de impu. & aliis ſubſti. & per rationē
tex. in l. 6. ſupra. ¶ Et prædicta vera ſunt, niſi pau- Fallit. 1.
peribus fiat inſtitutio, & filio relinquatur etiā non
titulo inſtitutionis. l. 1. & ibi Bar. 2. q. 6. princi. C. de
ſacroſan. eccle. ¶ Item niſi per ſtatutū augeatur vel Fallit. 2.
minuatur legitima. vt quia dicat, ꝙ pater debeat re
linquere filio dimidiā vel quintā partē bonorū. vt
per Bal. in d.l. maximū. C. de libe. prę. & Pau. de ca.
in d. auth. nouiſsima. ¶ Itē niſi teſtator voluerit co
dicillari, & non teſtari. ſecundū Io. And. in c. ſi pa-
ter. de teſta. lib. 6. ¶ Item niſi ſtatutum dicat, ꝙ filia Fallit. 3
ſit contenta ad id, quod pater ſibi relinquit. Bal. in
d.l. maximū vitium. 4. co. & Pau. de ca. in l. fi. §. in
cōputatione. in fine. C. de iure deli. & vide Pau. de
ca. conſi. 197. an poſsit relinqui quoquo relicti titu
lo filiæ prohibitæ per ſtatutum ſuccedere. ¶ Itē ni Fallit. 4
ſi filia in teſtamento prohibeatur plus petere, ſed
iubeatur eſſe contenta dote, quia valet relictum ſi-
bi ſimpliciter factū. Bald. ſingulariter in l. adulta.
C. de hęredi. actio. idē Bal. in additio. ad ſpe. de in-
ſtr. editio. ver. filia. & ibi Spe. ver. ſed ſuper forma.
¶ Item niſi filio relinquâtur omnia bona, quia tūc Fallit. 5.
verbum, relinquo, intelligitur iure inſtitutionis. te
net Bar. in l. his verbis. ff. de hęre. inſti. vbi dicit ſe-
cus, ſi vni filio relinquitur certa res, & alter filius
inſtituatur hæres, quia nō valet teſtamentū. vt ibi.
& tenet Ange. in repor. verſi. ſi verò relinquo. &c.
Et glo. in c. ramuntius. & ibi doct. de teſta. Bal. poſt
glo. in l. quotiens. C. fami. her. ¶ Item niſi eccleſia Fallit. 6
inſtituatur hęres. & filio relinquatur legitima, non
tamen titulo inſtitutionis: quia valet. Bart. in d.l. 2.
q. 6. princi. C. de ſacroſan. eccle.

27 Adde. Nota tamen, ꝙ † clauſula. omni meliori modo &c. quo ad contēta in particula & concluſione iſta, eſt maximæ
importātię. vt dicit Pet. de Ancha. conſi. ſuo. 72. in-
cipiente. viſis omnibus, & ſingulis. Alex. in l. ſi cū

nulla.ff.de re iudi. doct.in.l miles qui destinauerat. ff.de testa.mili.& in.l.quidã cõsulebat.ff.de re iudi. & in.l.idẽ vlpian⁹.ff.de excu.tuto. Anto.de bu. in c.examinata,circa mediũ. de iudi. & in.c.literę.de dilatio.Bal.io.l.vioũ.aotepe.co.ff.ſi cer.peta.Io.de Imo.in.l.nemo poteſt.1.co.de lega.1.Frã.de are. cõ ſi.104.incipiẽte.in cauſa.4.co.Bar.cepo. conſi.ſuo. 1.circa finem.Alexan.conſi.80.incipiente.viſo the mate. io.2.col. quinto volumi.& in conſili.186.incipiente. viſo proceſſu.2. colu.eod. volu.& ibidẽ conſilio eodem.incipiente.perſpectis.3.colu.& in conſilio.336.incipiente. poſt reditum.&c. ⁋Ideo tene menti,quòd licet ad validationem teſtamenti requiratur, quòd pater relinquat filio aliquid iure inſtitutionis, vt in.§.aliud quoque capitulum.in auth.vt cùm de app.conoſc.collatio.8. tamen ſi teſta tor reliquit particulariter filio,& nõ dixit,iure inſtitutionis,& addit,quòd volebat teſtamentum va lere omni meliori modo.&c. proinde eſt, acſi expreſsiſſet, ꝙ relinquebat iure inſtitutionis, prout relinqui debet.Ita dixit Bal. in.d.l.quotiens. C.de hęre.inſti. ¶ Dixit etiam Pau.de Caſt. conſi.ſuo. 347.incipiente.ſuper primo pũcto,quo quęritur, an teſtamentum.ꝙ ſi teſtator in teſtaměto mandat filiam ſuam dotari, & poſtea dicit,quòd vult valere teſtamẽtum omni meliori modo, quòd proinde eſt acſi filię reliquiſſet iure ſeu titulo inſtitutionis. Quam doctrinam Bald. & Pau. de Caſt. referũt & ſequitur Alex.in.d.ſuo conſi,336. incipiente. poſt reditum.& in dicto conſi.80. incipiente. viſo thematе.2.col. quinto volumi. ¶ Et ſcias iuuenis legiſta,quòd † etiam ſi teſtator teſtando inter liberos
28 non expreſsiſſet dictam clauſulã.omni meliori modo.&c.ꝙ tũc illa ſubintelligitur. glo. eſt notabilis. in.l.cohęredi.§.cùm filiæ.ver.nõ valuit.ff.de vulg. & pupi.Quam ad hoc multum cõmendat Ioan. de Imo.ibi.Anto.de bu.& Io.de Imo.in.c. rainũ.17. co.de teſta.ad idẽ eſt glo.in.l.filij.in teſtamẽ. C. fami.her quas glo.ad hoc allegauit Alex.in.d. conſi.
13. concl. 176.incipiente.viſo proceſſu.2.co.in.5.volu.⁋Decimatertia cõcluſio.ꝙ† querela non praparata trãſ
29 mittitur ad liberos.vt.l. ſi quis filium.&.l. ſcimus.
Extenſio. §.ſi. C.de inoffi.teſta. ⁋Quod extẽde primò nedũ in querela, quæ iam competit.ſed etiam in cõpetitura.nam propter illam ſpem tranſmittitur ad liberos etiam non præparata.tenet Bal.in.d.l.ſi quis fi-
Limit.1. lium.per textũ ibi. & in d.l.ſcimus. §.ſi. ⁋Limita tamen hoc,quando querela competit aſcendẽtibus contra teſtamentum deſcendentis : nam tunc non tranſmittitur querela non præparata etiam ad liberos.tenet Ange.in.l.nã & is.ff.de inoffi.teſta.& Ia
Limit.2 ſo.in.d.l.ſi quis filiũ.⁋Secundò limita,quãdo querela cõpetit cõtra teſtamentũ tranſuerſalium : nam tunc non tranſmittitur etiam ad liberos , ſi non eſt præparata.tenet doct.in.l.ſi pater tuus.C.de inoffi. teſta reprobata ibi glo.quę contrarium tenuit. Idẽ
Limi. 3. tenet Bal.& Sali.in.d.l.ſcimus.§.ſi.⁋Tertiò limita actiuè,non paſsiuè.vt.l.ſi hęredem.C.de inoffi.teſta.quod notat ibi ſolus Iaſ.⁋Et hęc omnia intelligẽ,quãdo querela non eſt pręparata:nam ſi pręparata eſſet,trãſmitteretur etiã ad hęredes extraneos. vt.l.queãdmodum.&.l.poſthumus.§.ſi.cũ.l. ſequẽti.ff.de inoffi.teſta ⁋Quod procedit, etiam ſi que- Extẽſio.
rela cõpetat contra teſtamentũ tranſuerſalium. per d.l.ſi pater tuus. ⁋Ex quo nota,ꝙ idem eſt in querela cõpetenti aſcendẽtibus per illum textũ à for-
30 tiori. ⁋Et adde,ꝙ † nunquã habet locum trãſmiſsio querelę,niſi in caſib⁹ expreſsis in iure.vt in.d.l.ſci
31 mus.§.ſi.& ibi doct. ⁋Itẽ adde,ꝙ † querela pręparatur tribus modis. Primus eſt, per cõmunicationẽ. ⁋Secundus,per admonitionẽ.⁋Tertius,per libelli donationẽ.tex.in.l.queãdmodum.ff.de inoffi.te-
32 ſta.⁋Decimaquarta cõcluſio eſt.ꝙ † approbans teſtamentũ patris, vel eius iudicium,perdit querelã. 14. concl.
tex.eſt in.d.l.parentibus.C.de inoffi.teſta. in fine. & in.l.ſi propona⁹.in.§. ſi hæreditatem.ff. eodem. melius & clarius in.l.6.ti.8.ſexta partita. ⁋Quod procedit nedũ in approbatione,quę fit poſt mortẽ patris,vt loquitur tex.in.d.l.parẽtibus.& in. d. l 6. cũ ſimi.ſed etiã in approbatione ,quæ fit tempore teſtamenti.doctrina eſt ſolius Sali.in.d. l. parẽtib⁹. ⁋Poſſet dici,ꝙ hoc ſit falſum.quia approbare teſtamentũ idem eſt, ꝙ repudiare querelã. quod patet, cùm approbãs teſtamentum excludatur à querela: ſed ſic eſt ꝙ illud quod nõ eſt delatũ nõ poteſt repudiari. vt.l.1.C.de pactis cũ vulgaribus. ergo fili⁹ approbãdo teſtamentũ non poteſt renunciare querelam,quę ſibi nõ eſt cõpetitura poſt mortẽ.imò plus eſt,ꝙ querela non poteſt repudiari,niſi poſt aditã hæreditatem.glo.eſt nota in.d.l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſta. ⁋Ex quo dico,ꝙ poteſt dari nouus in tellectus ad.d.l.parentibus.&.d.l.6. tit.8. ſexta partita. & ad.l.penul.& fina.ff.de inoffi.teſta.cum ſimi.& ad alia iura dicẽtia,ꝙ approbãs teſtamentũ, excluditur à querela,ꝙ intelligatur:quando approbat poſt aditam hęreditatẽ,cùm tunc naſcatur querela,& ante illud tẽpus non poſsit repudiari,quod non eſt delatum.per glo.in.d.l.ſi quis filiũ.quę repudiatio ſequitur ex approbatione teſtamẽti.vt dictum eſt. ⁋Poteſt tamẽ ſaluari opinio Sali. quãdo filius tẽpore teſtamẽti noluit hęres inſtitui,& hoc probetur,& teſtator hoc expreſsit in teſtamẽto:qa valet teſtamentũ,& filius perdit querelam. ⁋Niſi fili⁹ ob dolorẽ mortis patris diceret, nolo inſtitui, quia tunc ſi prętereatur,teſtamentũ poteſt rũpi.eõ cluſio eſt Bar.in.l.ſi quãdo §.& generaliter. ver.vltimò quęritur.glo. C.de inoffi.teſt.gl.& Bal.in.d.l. ſcimus.§.cũ autem.cod. titulo. Sed reuera tu ſerua diſpoſitionem text. in. d. l. 6. titu. 8..ſexta partita. vbi eſt caſus de hoc. ⁋Et nota circa iſtam concluſionem,quòd † pluribus modis dicitur quis appro
33 bare iudiciũ patris , vt excludatur ab iſta querela. ¶ Prim⁹,ſoluẽdo debitũ patris. vt.d.l.parentib⁹. & in.l.1.2.&.3. C. de iure deli. ¶ Quod intellige,

quando

tris memorati Roberti. Et pro prædicta opinione
facit, ꝙ Otho imperator exiſtens ſupra regnũ pro-
pe Treuerim cum multis Baronibus ſuis, & caſus
occurriſſet, iudicauit, ꝙ nepos & patruus gladijs
certarẽt, & victor ſuccederet in regno. Pugna inter
eos bis facta, nepos bis vicit, & lis iudicio gladiato
rio finita eſt. Et eſt communis ſententia & opinio.
vt tenet do. Abb. d. cõſilio. 85. licet Ricar. malũ. Ci-
nus. Bal. & Salice. in allegata. l. ſi viua matre. C. de
bonis mater. Bar. & Bal. in. d. authẽ. poſt fratres. C.
de legitimis hçre. & Bal. in. d. l. liberti. & prçallega
ta. lege. inteſtato. & in lege. tutela. §. ſi duo. ff. de te-
ſtamen. tute. Io. de imo. & Dominicus in. d. c. grã-
di. tenent, ꝙ patruus ſit præferendus. de qua. q. vi-
de etiam aliqua per Ioan. thierij in ſuo alphabeto
aureo ſuper parte primogenitus. fo. 101. Tu tamen
regnicola vide. tex. ſi huic in. l. 2. ti. 15. ibi. y aun mã
daron. 2. par. ¶ Ratio tamẽ mouẽs Oldra. & Abb.
fuit. quia iure diuino, naturali, & ſcripto primoge-
nitura eſt approbata, quæ poteſt alienari. ſicut fuit
compertũ in perſonam Eſau, qui vẽdidit fratri ſuo
Iacob iura primogenituræ, vt habetur Geñ. cap.
25. quapropter dicunt hoc ius eſſe trãſmiſsibile ad
hçredẽ. & per conſequens cũ filius habeat ius pri-
mogenituræ, ipſe, & non patruus debet ſuccedere.
¶ Item ratio mouens Bar. & alios pro cõtraria par
te eſt. quia nũquã pater poteſt trãſmittere in filiũ,
quod nũquã fuit adeptus. argu. tex. in. l. ſi. ff. commu-
nia prædio. ¶ Item ea, quæ notant doc. in. d. authẽ.
poſt fratres. C. de legi. hære. vbi dicunt, ꝙ nõ poteſt
venire ad ſucceſſionẽ maioratus ex perſona patris,
qui medio tempore. i. antequã adeptus eſſet maio-
ratum, deceſsit, vel fuit extinctus, vel inhabilitat⁹.
¶ Aduerte, q͂a (videri meo) motiua Oldra. & Abb.
ex vna parte, neq; Bar. & aliorum ex parte altera
nõ concludunt intentũ ſuum. ¶ Quia ſi primogeni
tura eſt approbata de iure diuino, quæ etiã poteſt
alienari ſicut fuit in perſona Eſau, quid ad rem? nã
cæteri doctores non negant. dicunt tamen, ꝙ mor-
tuo primogenito, ſuccedit ſecundo genitus non fi-
lius primogeniti, quando primogenitus non fuit
conſecutus maioratum, cui non repugnat ius diui-
nũ. Nec obſtant motiua Bar. & aliorum contrariũ So.
tenentium. Quia ſi pater non poteſt trãſmittere in
filium quod nunquã fuit adeptus: concedo, ꝙ quã-
do pater nihil habet, nihil poteſt tranſmittere. bene
tamen tranſmittit quod ipſe habet. Volo dicere, ꝙ
licet filius primogenitus non habeat in exercitiũ
maioratum, viuo patre, habet eum in habitu: quod
eſt ſufficiens ad tranſmittendũ. vt. l. ſi quis filiũ. ff.
de inoffi. teſta. facit. l. illud. §. ſi. ff. de contra tabu.
& l. ſi quis in graui. §. ſi. cũ. l. ſequen. ff. ad Sillenia.
Itaq; propter ius tranſmiſſum nepos excludit pa-
truum, cui nullum ius fuit queſitũ viuo fratre pri-
mogenito. nã nec frater ipſe primogenitus potuit
ius iſtud in fratrem tranſmittere, ſtante filio. Item
in tranſmiſsione non cõſideramus corpus, vt ager,
vel domus, ſed ius in corpore vel quantitate, an il-
lud ius ſit tranſitorium, vel ne. vt per Bal. in. l. ſi. 2.
co. ver. ſexto cõtra hoc oppo. C. de hçre. inſti. ¶ Qua
propter ſi primogenitus nondum eſt adeptus res
maioratus in exercitio, habet tamen in habitu ius
trãſmiſſum, ideo ipſe ſuccedet, non patruus. Licet
3 dicas, ꝙ † tranſmiſsio eſt quædam ſucceſsionis pro
rogatio eiuſdem naturæ & formæ. vt. l. 1. C. de his
qui ante ap. ta. tenet Bal. in. l. cum proponas. 2. col.
verſi. ſecunda eſt tranſmiſsio. C. de hære. inſti. Itaq;
defunctus primogenitus, non videtur tranſmittere
in filium ſuum niſi ius, quod ipſe habet in habitu,
non ius, quod habet in exercitio. ¶ Et ꝙ filius pri-
mogenitus non ſuccedit in plus, quàm pater: & ita
iſtud ius in habitu ſiue in exercitio, tanquã indefi-
ciens euaneſcit in ſucceſsione filij. ¶ Tu tene, ꝙ
quãuis pater non poſsit plus iuris transferre in fi-
liũ quã ipſe habet, attamen non negatur, quin trãſ-
miſſo iure, quod quis habet in habitu principali-
ter, veniat conſecutione in exercitiũ: quia cõmiſce-
tur vtrumq; ius: quo caſu nepos plene conſequitur
res maioratus. ¶ Pono exemplum ſaltem pro iu-
4 uenibus † poſſeſsio ciuilis & naturalis differunt,
quia ciuilis animo tantũ retinetur, & naturalis tã- Exẽplũ
tum corpore. vt. l. 1. per glo. & docto. ff. de acqui. notãdũ.
poſſe. & in. l. 1. C. vti poſſi. ¶ Et tũc pone, ꝙ poſsi-
dens ciuilẽ inquietatur in poſſeſsione: agit inquie
tatis

tatis interdicto vti poſſidetis:cuius natura princi-
palis eſt,vt pronuncietur, ꝙ quemadmodū poſſi-
det,ita poſſideat.vt.d.l.1.C.vti.poſſi. & propterea
debet conſeruari in ſua ciuili poſſeſsione. tamen
iſta ciuilis poſſeſsio, & ſententia ſuper ea prola-
ta,habet quaſdam vtilitates.quia licet habeat prin-
cipaliter naturā retinendæ hoc interdictum inten-
tatum ſuper ciuili poſſeſsione,habet tamē in cōſe-
quentiam recuperādæ,& ſic ꝓnūciabitur me in ci-
uili poſſeſſione tuendū:& cū non poſsim eſſe tut⁹
ſine reſtitutione poſſeſsionis naturalis,iudex man
dabit, ꝙ inquietans me in ciuili,reddat naturalem.
tenuit Bal.in.d.l 1.4.col.ver.ciuilis poſſeſsio.C.vti
poſsi.¶ Sic dicendū eſt in præſenti,ꝙ cū filius pri-
mogeniti habeat in habitu ius primogenituræ,licet
nondum habeat in exercitio,facta à iure tranſmiſ-
ſione de primogenitura in habitu per mortem aui
poſsidentis maioratum,venit conſecutiuè in exer
citio quaſi ad ſuū fontē. vt de hoc eſt bonus tex. &
notandus in.l.45.infra. inquantum dicit, ꝙ per
mortē poſsidētis maioratū tranſfertur in ſequentē
in gradu ciuilis & naturalis poſſeſsio:& ſic cumu-
lato iure maiorat⁹ in nepotem,præfertur patruo:
quia ad patruum iſtud ius ire nō poterat,cū nō ha-
beret fundamentum,ad quod reſpiceret ſeu iret.
Exẽplū. ¶ Pone etiam exēplū in.l.in ſuis.ff.de legi.hære.&
in.§.ſui.inſti.de hære.quali.& diffe. cum ſimi. vbi
5 dicitur,ꝙ † filius dicitur dominus in vita patris,
ſed hoc non eſt verum effectualiter.nam in vita pa
tris filius non habet legitimam,neq; aliquid in bo
nis eius.notatur in.l.cum filius.& ibi doctor. ff. de
verbo.obli.& in.l.imperator. ff.ad trebellia. tenet
Bal. Ange.& docto.in.l.lex Cornelia.§.2.ff. de vul
ga.& pupil.ſubſ.Bal.in authen.Hæc mulier. C. de
ſacroſan.eccle.vt quid ergo dicimus filium domi-
num in vita patris? Reſponde vt per doctores vbi
ſupra,ꝙ dicitur dominus in habitu,ſed nō in exer-
citio.In habitu,ꝓpter ſpē,quā habet ſuccedendi in
bonis parentū.vt ibi.Sic igitur in caſu noſtro: ſi fi-
lius decedit in vita patris relictis aliqb⁹ filiis:mor-
tuo auo,ſuccedūt nepotes loco patris ſui,&in eius
portione.vt dixi in.l.8.ſupra. ¶ Igitur portionem,
quā pater habebat in habitu,cōſequitur filius in ex
ercitio,nō patru⁹.¶ Itaq; fundamēta Bar. & aliorū
deficiūt,& per cōſequēs eorū cōcluſio.¶ Et prædi-
cta fundamēta (vt credo) ſunt,quib⁹ princeps fuit
motus ad ſtatuēdū,ꝙ filius primogeniti excludat
patruū,quāuis decedat primogenitus pater ipſius
ante adeptum maioratū.¶ Vel poteſt dici, ꝙ prin-
cipi placuit.vt in.§. ſed qđ principi. inſti. de iure
6 natu.cū ſi.¶ Vel melius,ꝙ † filius primogeniti nō
venit ad ſucceſſionē maiorat⁹ ex iure tranſmiſſo,
ſed per repreſentationē in pſona patris. vt ſequitur
in.l.iſta. ¶ Et ita cōtigit in.l.in quibus.cū ſequēti.
C.de ſecū.nup.vbi dicitur, ꝙ filij morientis ſucce-
dunt loco genitoris,&nō fratres in his,quę au⁹ per
didit per trāſitū ad ſecūdas nuptias poſt mortē pa-
tris nepotū ſuorū.¶ Et quia dicta.l.in his. quæ con
tinet pro fundamēto iſtius legis eſt melior toto cor
pore iuris imperatorū: pro intellectu iſtius legis
7 ¶ Præmitte,ꝙ † mulier per tranſitum ad ſecundas
nuptias de iure C. perdit lucra habita à primo vi-
ro,quę acquiruntur filiis ſuperſtitibus prioris ma-
trimonij.vt.l.fœminę.in principio.& in.§.illud.&
l.cū aliis.C.de ſecun.nup. ¶ Et idem in viro tranſ-
eunte ad ſecunda vota.l.generaliter. in principio.
eo.ti. ¶ Secundò præmitte,ꝙ talia lucra non ſunt
de corpore hæreditatis lucrātis, propterea eius hæ
reditas poteſt repudiari per filios,& lucra accepta
ri.vt.l.ſi quis prioris.in.§.illud.eodem titu.de ſecū.
nup. ¶ Superuenit poſtea dicta. l. in quibus. vbi
dicitur,ꝙ ſi mulier ex primo matrimonio ſuſcepit
filios,& lucrata eſt donationē propter nuptias pa-
cto inito cū primo viro,vel propter legatū ei factū,
& cū eſſet in viduitate deceſſit vnus filiorū ſuorū,
relictis duobus filiis nepotibus iſtius mulieris: qa
poſtea ſecūdo matrimonio eſt copulata: quia illud
qđ habuit à primò viro perdit per tranſitū ad ſecū
das nuptias:& aquiritur filiis & nepotibus ſuis, ta
liter ꝙ nepotes debent habere portionē patris ſui
præmortui. ¶ His itaq; præhabitis videbatur ali-
quibus,ꝙ fratres defuncti ſuccederent in totum,&
excluderent filios fratris defuncti,eo ꝙ pater eorū
tali tempore deceſſit, ꝙ trāſmittere nō poterat ad fi
lios:quo non obſtante.d.l.in quibus. in principio
ſui dicit,ꝙ iſti nepotes videntur ingredi gradū pa-
ternū,& conſequi portionem, quam pater eorum
conſecutus fuerat ſi viueret. ¶ Et ſi quæris rationē
quare filij conſequūtur portionē patris,qui re, ne-
que ſpe non habebat ius formatum,ſed ius pendēs
ex caſu.dic ſecundum Bal. ibi hoc contingere ex
prouidētia ſpeciali legis.vnde dicit,ꝙ.d.l. facit ad
quæſtionem regnorū,vt in noſtro caſu. ¶ Vel dic,
ꝙ maiorat⁹ eſt quoddā beneficiū,ſeu gratia à prin-
cipe,vel à patre collata.vt dixi in.l.48.infra, ſed be
neficia vadūt ſecundū lineam ſanguinis, & potius
ſequūtur lineam deſcendentem, quàm trāſuerſalē.
quapropter dicit tex.in.d.l.in quibus.ꝙ in benefi-
cio genitoris ſuccedunt eius filij, & non fratres.
¶ Idē dicit Bal.ibi,in quibuſcunq; beneficiis, pri
uilegiis,& feudis.quia naturalis ratio hoc ſuadet.
vt in.c.1.de duo.fra.a capi.inueſti. notat Bald. in.l.
ſi mihi & Titio.ff.de verbo obli. & Bald. vbi ſu-
pra. ¶ Sed illud verius,ꝙ filius primogeniti ſucce-
dit per repreſentationem ex ſpeciali prouidentiæ
principis: quando pater deceſſit ante adeptum ma
ioratum.per dictā.l.in quibus.quam tene menti ad
intellectum iſtius.l. ¶ Propterea iſta.l. dicit, ꝙ fi-
lius primogeniti ſuccedit in maioratu,excluſo pa-
truo per repreſentationem patris primogeniti.
¶ Vel poteſt dici, quòd hoc prouenit ex gene-
rali conſuetudine iſtius regni:in quo ita principes
ſuccedunt in regno: vt filius primogeniti exclu-
dat patruum, etiam ſi pater ipſius moriatur ante
adeptum

adeptum maioratum. ¶ Et etiam ſuccedunt fœminæ in regno iſto. vt. l. 2. ti. 15. ſecunda partita. & ſupra dixi. ¶ Et ex omnib⁹ infert Bal. in. d. l. in quibus. ad vnam quæſtionem. dicit ſtatutū, ꝙ filia dotata exiſtentibus liberis maſculis nō ſuccedat, ſed ꝙ ipſi filij hæreditatē poſſideant. modo quidam dotauit filiam, ſuā, qui ex filio præmortuo habebat nepotes: habebat etiā quendam filiū. deceſſit iſte pater. fili⁹ ſuperuiuens vult quicquid ſoror deberet habere de iure communi vltra dotem: filij patris præmortui, dicūt ſe debere concurrere, quæritur quid iuris. Et videtur ꝙ non concurrant. nam pater eorum tali tempore deceſſit ꝙ tranſmittere non poterat. cùm ergo nepotes non contineantur in appellatione filiorum in iſta materia reſtrictiua, videtur ꝙ non admittātur, & per cōſequens totum pertineat ad fratres defuncti. Attamen contrarium tenē per. d. l. in quibus. nam iſti nepotes videntur ingredi gradum paternū. ¶ Retento eodem ſtatuto format aliam quæſtionem. po-
8 ne, ꝙ † mortuo patre omnes maſculi deceſſerunt: nunqnid excludatur fœmina, itaꝙ ſufficiat ad eam excludendam, ꝙ in puncto mortis ſtent filij maſculi. videtur ꝙ ſic. Ad quod facit quædam ratio naturalis poſita in quadam gloſſ. d. l. in quibus. C. de ſecund. nup. quę dicit, ꝙ quando aliquid decedit ab aliquo taliter, ꝙ ad alium peruenit, excluſio eſt perpetua, non temporalis. vnde ſufficit momento ad maſculos perueniſſe: vt filia dotata perpetuò excludatur. quæ rationes militāt in caſu iſti⁹ legis, quas nota perpetuò.

aq̄l a quiē ptenece: ſi el tal fijo mayor dxare hijo o nieto o deſcendiēte legitimo: eſtos tales deſcendiētes el hijo mayor

9 Adde. ¶ Iterum quæro quo ad ſupradicta, & tene, ꝙ † non ſolum per iſtam legem potuit ſtatui in ea contenta, verū etiam per conſuetudinem, vel per ſtatutum ciuitatis poteſt diſponi in ſucceſſione contra ius cōmune, vt vlteriores in gradu prçferantur proximioribus. nec eſt mirum, quia ſucceſſio eſt de iure ciuili. vt in. l. 1. 2. & 3. ff. de peti. hære. & in. l. lege obuenire. ff. de verb. ſignifi. imò plus tenent cōmuniter legiſtę, ꝙ per ſtatutum poteſt legitima in totum tolli filiis. vt refert Dinus in. c. indultum. de reg. iur. in ſexto. mouetur, quia (vt dixi) legitima eſt introducta de iure ciuili reſpectu quotę, quod eſt tertia, vel dimidia. &c. Ergo eodem iure tolli poteſt. quia ſtatutum eſt pars iuris ciuilis. vt in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. tenet notanter Lanfran. in repe. c. raynūcius. 6. col. de teſta. in glo. ſuper verbo, tercio. &c.

10 t ¶ Del hijo mayor. Quæro † quid ſi nati ſūt duo, & ignoratur quis ſit maior: an ambo, an alter ſuccedat in maioratu vel in regno. Bal. in. l. in quibus. 2. col. ver. pone conſuetudo. C. de ſecun. nup. dicit, ꝙ d. l. eſt argu. ꝙ genitor eorum poſſit eligere quem ſuccedat in maioratu. ¶ Sed poſtea idem Bal. in authen. ex teſtamento. vltima col. ver. 18. capitulū eſt, C. de colla. mutauit conſilium, & dicit, ꝙ vterque ſuccedet in maioratu. ¶ Et iſtam partem tenet idē Bal. & Ange. in. l. ex duobus. ff. de vulga. & pu. licet ibi Imo. tenet cōtrarium. de quo latè p Alex. ibi. & per eundem Imo. in l. qui filiabus. §. ſi quis ita. vltima col. ver. quid aūt ſi ſtatutum. de lega. 1. ¶ Et ne mirum, quia regnum poteſt eſſe apud duos. c. non autem. 7. q. 1. & cle. ne romani. de iure iu. glo. in verbo reges. Ioan. And. in addi. ad Spe. de reſcrip. præſ. §. fi. in additio. magna. quæ incipit. lege ſecūda. licet aliud notatur in. c. in apibus 7. q. 1. Idem Bal. in authē. hoc amplius. 2. col. ver. quæro an filij. & in. l. pe. 2. col. C. de fideicom. & in. l. pe. 2. col. ver. fallit in feudo. C. de conditio. inſer. & in. l. ſi viua matre. ver. vnde litera. C. de bonis mater. ¶ Et iſtā ſententiam tenet idē Bal. in. l. ex hoc iure. 5. q. ff. de iuſti. & iure. Ioan. Andr. in titu. de præben. §. 1.

Adde. ¶ Et ꝙ duo pariter nati non debeant ſuccedere in maioratu vel in regno bene patet ex ſequētibus. Primò ex his, quæ dicit philoſophus. 12. meta. in fine. vbi concludit. quia igitur res nolunt malè diſponi, non eſt bonū pluralitas principum vel dominorum. vnus ergo princeps. Et. 8. ethi. iterum ait, Melius eſt eſſe vnum in vniuerſo, quā plures. Regnum enim non capit duos. ¶ Vnde Hierony. ad Ruſticum. & habetur in. c. in apibus. 7. q. 1. inquit, In apibus principes ſunt, grues ſequuntur vnā ordine literato. Imperator vn⁹, vn⁹ iudex prouincię. Roma vt cōdita eſt, duos fratres ſimul reges habere nō potuit, & pricidio dedicatur. vnde Lucan⁹ in. 1. ait. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. In Rebeccæ vtero Eſau. & Iacob bellantur. ſinguli eccleſiarum epiſcopi. ¶ Item in naui vnus gubernator. In domo vnus dominus. In quouis gradu & exercitu vnum ſignum expectatur. propterea vn⁹ princeps debet in regno eſſe, non plures. Si enim eſſent plures, diuerſitas perſonarum, diuerſitatem continet, & varietatem animorum. c. quia diuerſitatem. de conceſſio. præben. Ideo ſi plures inter ſe non conuenirēt, nec eſſent concordes iuxta illud Lucani. 1. Nulla fides regni ſociis: omniſque poteſtas impatiens conſortis erit. Hinc Lactan. in. 1. diuinarū inſti. c. 3. inquit. Sicut enim ſi in vno exercitu tot fuerint imperatores quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alę, primū nec inſtrui poterit acies. vnoquoque periculum recuſante, nec rei facile obtemperari: eo ꝙ ſuis conſiliis propriis vtantur omnes, quorum diuerſitates plus noceat, quàm proſit. Quæ omnia confirmat & refert ſanctus Bonauen. in. 2. ſentē. diſtin. 1. ar. 1. q. 1. igitur. &c. ¶ Veritas, ꝙ vterque admitti-

admittitur ad regnum tanquã primogenitus.per.l.
2.§.hæreditas.ff. de ſuis & legi. hęre. vbi primus
dicitur,quẽ nemo antecedit.Et adde glo. & quæ
ibi notant docto. & Barto. in. l. aretuſa. ff. de ſtatu
homi.& in.l.ſi fuerit. §. planè.& ibi Barto.ff.de re
bus du. vbi dicitur,ꝙ
ſi duo nati ſunt, quorum vnus eſt maſcu-

por ſu ordẽ prefie-

lus, alter fœmina,pri⁹ pręſumitur natus maſculus,
& citi⁹ quã fœmina. Et per.d.l. aretuſa.dicit Bal.
in propoſito in procemio digeſtorum.§.nos itaq;.
ꝙ ſi ambo nati ſunt maſculi ; & pariter naſcantur,
quòd formoſior & robuſtior præſumitur prius na
tus, & quòd celerius exiuerit de carcere materno.
Et ſi ambo eſſent extracti , deciſo vtero materno,
regnabunt. vt clarius per eum.quem ſequitur Ioã.
de Ana. in rubrica de ſorti. vltima col. ¶ Hinc di
cit Flo. de Sancto Petro in.l. 1. §. cum arietes. ff. ſi
quadru.pau.feci.dica.ꝙ ſi in caſu illius tex.non ap
paruerat quod animal aggreſſum fuerat aliud: ſi
vnum eſt robuſtius altero , præſumitur ab illo in-
choatum congreſſum. Et ſic fortè poteſt limitari
dictum Bal.in.l.1.7.q. C. vnde vi & in.l. vim.quaſi
in fine.ff.de iuſti.& iure.& Ana.in.c. ſignificaſti,
11 29.col.de homicidio.cùm dicunt,ꝙ† ſi duo pariter
ſe vulnerauerũt,ꝙ neuter tenetur , niſi appareat de
inſultũ.per.d.l 1.§.cum arietes.ff.ſi quadru.pau. fe.
dica.vt intelligatur,niſi ſit præſumptio prouocatio
nis contra vnum ex eis,putà quia robuſtior eſt al-
Nota. tero , vel animoſior. Pro quo etiam facit. l . qui
12 duos. §. ſi maritus. ff. de rebus du.vbi † ſi maritus
& vxor ſimul moriuntur,vel reperiuntur mortui,
ſtipulatio de dote ex capitulo. ſi mulier in matri-
monio deceſſerit. habet locum,niſi probetur illam
ſuperſtitem viro ſuo fuiſſe.tenet notanter Bal.in.l.
ſi poſſeſſor. § ſi eodem. ff. de religio. & ſump. fu.
per illum tex.cum glo.ibi.& vltra Bal. adde tex.in
l. cum hic ſtatus.§. ſi ambo.ff.de dona. inter vir. &
vxo.vbi ſi maritus & vxor ſimul moriuntur,ad do
nationem validandam pręſumitur præmortuus do
Limita. nator,ſiue donans fuerit maritus,ſiue vxor. Limi
ta, niſi vxoris hæredes ſint in poſſeſsione bonorũ.
vt dixi in.l.17. in parte, la poſſeſsion. verſi. 27. ſu-
pra. ¶ Facit etiam ad. l. 6. titu. 13. ſexta partita. &
a.l.l.1.& auth.præterea.C.vnde vir & vxor. vbi di-
13 citur.ꝙ † ſi vnus coniugũ moritur ſine prole & ſi-
ne conſanguineis vſq; ad gradũ ſuccedendi,ſucce-
det alter coniugum, qui ſupereſt. vt ſi reperiantur
mortui vir & vxor,nec appareát quis eorum prius
deceſsit:& vxor neminem relinquit qui poſsit ſuc
cedere,præſumatur maritus poſt vxorẽ deceſsiſſe,
quia robuſtior & animoſior vxore, & ipſe ſucce-
det per vnde vir & vxor, & trãſmittet bona vxoris
in ſuos ſi quos habet ex alia vxore,& in ſuos aſcen
dentes . dixi in dicta. l. 17. in parte , la poſſeſsion.
verſi. 27. ſupra. ¶ Item facit ad. l. 6. titulo. delas
herencias. foro.le. vbi dicitur,ꝙ ſi maritus & vxor
moriũtur lectus quotidianus remanebit ſuperſtiti
eorũ.quia ſi vir & vxor reperiũtur mortui:nec ap-
paret quis eorũ prius decedit,habebũt lectum quo
tidianum hæredes viri:quia robuſtior præſumitur
poſt aliũ deceſsiſſe. ¶ Idẽ dicitur in caſu,quo pa-
14 ter† & filius impubes eodem tẽpore perierunt. nã
præſumitur,ꝙ prędeceſſerit filius. ſecus ſi erat pu-
bes factus. vt per doct.in.d.l.qui duos.§. ſi maritus.
Et ſuper hoc fuit quęſtio tẽpore Nicolai papæ
quinti.quia multi propter ingentẽ cõcurſum ſuffo
cati fuerũt Romę anno iubilei in põte ſãcti Petri:
vbi de matre & filia ſimul mortuis contigit poſtea
dubitatio , quæ earum præſumeretur præmortua,
ad finem tranſmittendi hęreditatem.de quo latè cõ
ſuluit do. Maria.conſilio. 97. incipienti. Tempo-
re iubilei. Cui adde notabile conſiliũ Pau. de ca.
199. quod incipit.ad primũ quæſitũ. Quæ omnia
faciunt ad quæſtionẽ de duobus pacẽ pariter fran-
gentibus.de quo per Bar.in.l. cũ pater. §. libertus.
de lega. 2. & per Abb.in.c.2. de treug.& pa. Fa-
ciunt etiam ad quæſtionẽ de pluribus vulneranti-
bus vnum.qui mortuus eſt,& neſcitur quis eorum
fuerit cauſa mortis.de quo per glo.in.c.cupiẽtes.§.
cæterum,in verbo, culpabiles. vbi Domi. de elect.
lib.6.Iura infinita ad hanc materiam trahi poſſent,
de qua eſt rubrica ſpecialis. ff. de rebus du.vbi plu
res caſus deciduntur,quos omito.

Adde. ¶ De pluribus contentis hic in glo.
& de pluribus aliis vide plenius quã
per alium in.c.capitulum.15. col. cum
duabus ſequentibus.de reſcrip ¶ Sed ad ſupradi-
cta inquantũ dicitur de viro & muliere,quod prę-
ſumitur pri⁹ vir exiſſe de vtero materno &c. Cõ-
trarium ſentit glo.notanda.in.l. nihil. in verbo,gra
uia.ff. de adulte.quam ſequitur Petrus de Ancha.
conſi.ſuo. 285. de qua glo. & conſilio mentionem
feci in.l. 17.in glo.ſuper parte. la poſſeſsion. verſi.
15 27. effectus. ſupra. vbi dicitur.ꝙ† grauiora vulne-
ra ſuſtinet mulier,quã vir, Pro iſta etiã parte mul
tum facit, l. ſi fuerit. in fine. ff. de rebus dubiis. de
qua facit magnum feſtum.Spe. in titu.de procura.
a.col.mag.in ver.incipients.ſecũdus in primo naſ-
cendi præſuppone. Sed ſolutio eſt clara. & du-
plex.Primò,ꝙ hoc poteſt eſſe in muliere robuſta,
& homine debili. ſed iſtud eſt diuinare. Vel me-
lius,quòd dicta glo.iure non probatur. Item non
obſtat dicta.l. ſi fuerit. in fine. ff. de rebus dubiis.
quia loquitur in libertate, vt dicit Bar.in.d.l.ſi fue
rit.& Ioan. And.in addi.ad ſpe. vbi ſupra etiam fa
uore libertatis præſumatur mulier prius nata , quã
maſculus, vt ibi. & de ſupradictis eſt tex.in.l. ſi.ti.
33.ſeptima partita. & in.l.inter ſocerum. in prin-
cipio.ff. de pactis dotalibus,
16 v ¶ Por ſu orden. vt † primò filius primogeniti,ſi
ſtat,& ſi nõ ſuccedat nepos. Vel alter.ſi ſtant duo
filii, vel duo nepotes primogeniti, ſuccedat filius
maior, vel nepos filij maioris. Idẽ ſi primogenitus

cōtraxit primò, & mortua in matrimonio vxore ſi-
ne filiis & aliis deſcendētibus cōtraxit ſecūdò, &
ex ſecunda filios procreauit: qua defuncta tertiò cō
traxit, ex qua etiā filios ſuſcepit: ꝙ inter filios ſecū
di & tertij matrimonij ordo ſeruetur. vt primò ſuc
cedat primus, ſi ſtat: quanuis filius primus habitus
ex tertio matrimonio poſsit dici primus reſpectu
aliorum filiorum ex tertio matrimonio. Idem vt ſu
pra dixi ſi ex primo matrimonio natus eſt filius,
qui deceſsit ſiue liberis, & primogenitus ſecundò
vel tertiò contraxit matrimonium. nam eo ꝙ liberi
nō ſtant de primo matrimonio, ſuccedit primoge-
nitus primogeniti, licet de ſecūdo vel tertio matri-
monio fuit procreatus: quia prim⁹ dicitur, cū non
ſit alius qui eum pręcedat. ¶ Itē quia primus dici-
tur reſpectu aliorū ſubſequentiū. tex eſt & ibi Bal.
in. l. ſi quis prioris. §. talem. C. de ſecund. nup. & ita
ſeruabitur ordo iſte vſq; in infinitū, etiam quo ad
agnatos. vt patet hic. & in. d. l. 2. tenet Bald. & Ioā:
de Alua. in. c. 1. in principio. vltima col. ver. idem
in regno de feu. marchi. licet idē Bal. cōtra in. c. 1. §.
Fallit. 1. in ciuitate. 4. col. de pace cōſtā. ¶ Quod fallit in ca
ſu iſti⁹ legis. ſ. quādo cōtrariū fuit diſpoſitū per cō
ſtituentē maioratū. nam ſeruabitur quod fuit diſpo
17 ſitū. vt hic. ¶ Secūdò † ſi primogenitus ſit inſuffi-
Falli. 2. ciens, quia tunc loquendo in regno, poteſt dari ſe-
cundo genito ſecundū Bal. in auth. hoc amplius. 2.
col. ver. & ideo quia ſic fecit rex Dauid. C. de fidei
cō. Et eſt ratio ſecundū Bal. ibi, quia cōſuetudo re-
gni de pręferendo primogenito, nō debet interpre
tari cōtra vtilitatem totius regni. vt l. quod fauore.
C. de legi. tenet Bal. in. c. 1. in fine. verſi. quæro quid
ſi conſuetudo. de ſucceſsione feudi. vbi dicit, ꝙ ſi
primogenitus eſt à natura demens, non regitur re-
gnū per curatorē, ſed ſecūdò genitus erit rex. quia
cōſuetudo debet intelligi de eo, qui naturaliter na
ſcitur habilis. nā vt dicit Eccleſi. 10. c. Rex inſipiēs
perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabūtur
per ſenſum prudētum. Intereſt verò reipublicę ha-
bere principem. ¶ Si tamen ex accidenti eſſet de-
mens, tunc dicit Bald. vbi ſupra, ꝙ daretur curator.
quia in perſona ſua radicatum eſt ius regiæ poteſta
tis. c. grandi. de ſupplen. negli. præ. lib. 6. ¶ Iſtud
etiam tenet idem Bal. in. c. 1. § præterea ducatus. ver.
quęrit glo. de prohibita feu. alie. per fede. ¶ Et ex
ratione Bal. à cōtrario ſenſu dico, ꝙ in ſucceſsione
maiorat⁹ ſuccedit furioſus vel demēs à natura, pręe-
terquā in ſucceſsione regni. ¶ Niſi in caſu, quo eſ-
Queſtio 18 ſet eadē ratio. ſ. publicę vtilitatis. ¶ Sed quęro † an
infans poſsit coronari rex, vel differatur. Vide la-
tè per Bal. in. l. 1. C. de nume. & hono. non cōtinuan
dis inter patrem & filiū. lib. 10. vbi dicit, ꝙ infans
19 poteſt coronari rex. ¶ In † aliis tamē primogenī-
turis dementi vel furioſo à natura dabitur curator.
ſua enim demētia nō debet ei nocere, cū nō prouē-
niat ſua culpa. ſatis enim punitur demēs, ſua demē-
tia. vt. l. pe. ff. de parrici. & l. diu⁹. ff. de officio prę-

ſi. qui enim caret dolo, exhæredari non poteſt ſe-
cundum Bal. in. l. humanitatis. 5. col. ver. quarta dif-
ferentia. C. de impube. & aliis. ¶ Sed huic quęſtio- Contra.
ni multū videtur obſtare ſingulare dictum Bal. in
l. fi. C. de ſuis & legi. hære. vbi ait, ꝙ furioſus non
ſuccedit in feudum. ¶ Sed illud eſt, quia ſeruire nō So.
poteſt, vt. l. ſi ea qui morbo. lib. 10. ſuccedēs verò in
maioratu nō habet, cui ſeruiat, ergo. &c. ¶ Fallit ter Fallit. 3
tiò, quādo primogenitus intrat monaſteriū, vel ſit
frater minor beati Franciſci tertij ordinis, ſed ſucce
dit ſequēs in gradu. tenet Bal. in. d. l. ſi quis prioris.
§. talem. ver. ſed pone. C. de ſecund. nup. & in. d.
c. 1. in fine principij, de feudi ſucceſsiōe. Anto. Ro-
ſel. in arbo. conſan. 44. col. in fine. Pet. de Ancha.
in. c. 1. 14. q. principali de conſti. lib. 6.

Adde. Et in. l. deo nobis. §. fi. 1. col. C. de epiſ. & cle. & in. l. data opa. 8. co. & ver. Et
20 hoc Inno. C. q accuſa. nō po. ¶ Itē †
ſecūdò genitus ſuccedit in regno, cū primogenitus
cōſentit inueſtiri ſecūdò genitū. Ita dicit Bal. in. c. 1.
§. præterea. in ver. 2. modo. quib. mo. feu. ami. alle
gat tex. in. c. quā periculoſum. 7. q 1. Et ſumitur ratio
ex. d. §. pręterea, vbi dicitur, ꝙ qui cōſentit, iura ſua
perdit. ¶ Hinc dicit Georgius natā in repetitione.
c. quanuis. 3. col. in ver. quinto fallit, cum ſequen.
de pactis. in ſexto. quòd primogenitus poteſt pa-
ciſci cum ſecundo genito, vel cum tertio, vel cum
fratre, vt ipſe primogenitus nō ſuccedat, ſed quòd
cedat iura primogenituræ ſecundo genito. ſecun-
dū Angel. in recollectis in. l. ſtipulatio hoc modo
concepta. ff. de verbo. obliga. motus authoritate ve
teris teſtamenti, in quo Eſau renunciauit Iacob ta-
lia iura. vt patet ex. d. cap. quàm ſit periculoſum.
7. quęſt. 1. & not. glo. in. l. quotiens. in princi. ff. de
hære. inſti. idem tenet Bal. in. l. pactum. C. de colla.
¶ Contrarium tenet Ludoui. in. d. l. ſtipulatio. 7. Contra.
col. ver. ſed certe. per. l. quidam in iure. §. fi. ff. de
donatio. & per. l. 2. §. fi. ff. de his quibus vt indig.
vbi dicitur, quòd nulla eſt conuentiò, per quā quis
de hęreditate viuentis paciſcitur, imò tanquam in-
dignus debet illa priuari. improbè quidem facit,
qui de viuentis hæreditate, quanuis legitimè à ſe
ſeparata, nimis ſollicitè agit. dicit textus. in. l. 2.
§. interdum. ff. de vulga. & pupil. ¶ Et reſpon- So.
det Georgius natan vbi ſupra ad ea, quæ dicuntur
de Eſau & Iacob. quia dicit, ꝙ illud procedit iure
veteris teſtamenti, cuius dicta non tenentur, niſi in
nouo reperiātur approbata. § his itaq; . 6. di. notatur
in. c. fi. de cōſuetudine. per beatum Tho. 2. 2. q. 104.
arti. 3. ¶ Vlterius dicit. ſecundum Ludo. in. d. l. ſti
pulatio. ꝙ illud ius primogenituræ eſt ceſsibile. vt
not. in. c. licet. de voto. & per Archi. in. c. quàm ſit.
quia dicitur eſſe cōtra ius naturale deferēs ſucceſ-
ſionē filiis æqualiter, nō inſpecto curſu natiuitatis.
l. ſcriptæ. ff. vnde liberi. l. cum ratio. ff. de bonis dā.
non ergo mirum ſi tale ius primogenituræ facilius
tollitur, quàm ius ſuccedendi, quod competit iure
communi.

communi.argu.l.eius militis.§.militia iuſſus.ff. de
teſta. mili. Et ſic poſsit dici, ꝙ ius primogenituræ
in abſtracto cõſiderato à ſucceſsione poteſt per pa
Oppo. ctũ tolli, licet non vnà cum ipſa ſucceſsione. ¶ Sed
contra ſupradicta ſic arguitur.certũ eſt, ꝙ bona ma
ioratus non poſſunt diuidi,quia diuiſio eſt ſpecies
alienationis. tenet Bal. in authẽ. ex teſtamento. in
fine.C.de colla.& in auth.hoc amplius.1.col.verſi.
opp.& videtur.C.de fideicõmi.& in.c.1.§.item ſa-
crã. 5.col.ver.quæ fuit. de pace iuramen.fir.in vſi.
feu. dixi in.l.iſta in glo.ſuper parte, prefieren, in-
fra.Item ſi bona maioratus nõ poſſunt diuidi,quia
diuiſio eſt ſpecies alienationis,certũ eſt, quòd bo-
na maioratus alienari non poſſunt. tenet plenè &
notanter dominus Abb.in.c.intellectu.1. &. 2. col.
de iureiur. qui allegat plura & notanda. Ex quo ſe
quitur, ꝙ ſi primogenitus non poteſt bona maiorã
tus diuidere nec alienare, ꝙ non poteſt alienari cõ
ſentire.ſ. cõſentiendo primogenitum de maioratu
So. inueſtiri. ¶ Pro concordia credo ſic eſſe dicẽdum.
Aut maioratus conſtituitur de nouo,aut eſt conſti
tutus ab antiquo. Primo caſu, is, in cuius fauorem
conſtituitur.1.qui prius nominatus ſeu vocatus eſt
ad maioratũ,poteſt illum non acceptare. & ſic con
ſentire alium inueſtiri eo modo,quo ſupra dictum
eſt.vnuſquiſq; enim poteſt renũciare quod in ſuũ
fauorem introductum eſt.l.ſi quis in cõſcrip.C. de
pac. nam ex quo primogenitus conſentit ſecundò
genitũ inueſtiri per conſtituentem maioratum,vi-
detur in ſecũdum ſortiri effectũ ſuũ,& à primo re-
uocatũ.vt colligitur ex.l.44.infra.cum his, quæ di
cta ſunt ibi.& bene colligitur ex his,quæ dicuntur
in.d.l. 44. vbi vide. ¶ Secundo caſu ſi maioratus
eſt conſtitutus ab antiquo, iuxta formam traditam
in.l.27.ſupra. vel primùm ſuccedat pater, deinde
filius, demum nepotes ordine ſuo &c. tunc forma
maioratꝰ debet obſeruari:ita quòd iſto caſu poſſeſ-
ſor maioratus,vel ipſius primogenitus, ad quẽ per
tinet ſucceſsio in maioratu,non poterit conſentire
alium inueſtiri in præiudicium filiorum vel nepo
tum ſuorum,ſi quos habet, vel poſtmodũ habebit.
Et hoc bene colligitur ex mente dictæ legis. 27.ſu-
pra.vbi dicitur,ꝙ forma tradita à conſtituente ma-
ioratum, debet obſeruari : igitur primogenitus is,
cui pertinet ſucceſsio in maioratu,non poteſt con-
ſentire alium inueſtiri de eo, in præiudiciũ deſcen
dentium ab eo. ¶ Item ad hoc tenendũ moueor ex
his,quæ notanter dicit Bal.in.l.item videndum.in
§.nunc videamus.ff.de petitio.hære.& quod And.
Sicu.plenè dicit in rubrica in feudis.4.col.verſicu.
vtrum autem.cum ſequen.qui dicunt,ꝙ ſi pater ac
cepit fundũ vel emphiteoſim pro ſe , & filiis ſuis,
non poteſt prælegare vni filiorũ:nam filij iſto ca-
ſu feudum vel emphiteoſim capiunt à primo do-
mino, non à patre. Idem ergo videtur dicẽdum in
caſu propoſito, vt ſi maioratus conſtituitur ea for-
ma, qua ſupra dicitur, ſicut pater poſſeſſor maiora

tus non poteſt prælegare vni filiorum in præiudi-
cium illius,ad quem pertinet,nõ poteſt alium ter-
tium,cui non pertinet,eo inueſtiri. ¶ Verùm tamẽ
eſt,ꝙ in ſui præiudicium poteſt conſentire,ex quo
vnuſquiſq; poteſt renunciare ius ſuum:vt eſt iuris
regula,non tamen aliorum iura. ¶ Et ſi dicas,ꝙ.d.l.
27.&.l.44.infra non ſolũ permittũt alium inueſti-
ri de maioratu in pręiudicium illius qui fuit nomi
natus,verum etiam poteſt in totũ maioratus reuo-
cari,niſi in caſibus ibidẽ contẽtis. ¶ Eſt verũ,ꝙ po
teſt reuocari ab ipſo de nouo cõſtituẽti,vt ibi dici-
tur, nõ tamẽ ab eius ſucceſſore. ¶ Nam hęres reuo-
care nõ poteſt geſta ſui prędeceſſoris.colligitur ex
his,quæ dixi in.l.45.glo.fi. in fine. ¶ Ex quo vnũ Infertur
ſingulariter infero,ꝙ quando maioratus eſt conſti
tutus ab antiquo , poſſeſſor maioratus non poterit
filiũ ſuum primogenitũ priuare maioratu ob cau-
ſas,propter quas poteſt illum exhæredare. ¶ Et ſi
iterum opponas.de.l.27.in fine ſupra.Reſpondeo, Oppo. &
ꝙ loquitur.d.l.in ipſo meliorante in tertio & quin ſoluit.
to bonorum ſuorum.vel in conſtituenti maioratũ,
non tamen in ſucceſſori maioratus. ¶ Hinc dimus, Infertur
ꝙ hæreditas iſto caſu poteſt repudiari , & feudus,
vel emphiteoſis, aut maioratus acceptari. nam iſta
non ſunt de corpore hæreditatis.vt plenè And.Si
cu.vbi ſupra.Pro quo adduco textũ vnum & ſingu
larẽ.in.c.1.an agnatus vel filius defuncti. in vſibus
feud. ¶ Tũc verò pater poterit primogenitum ſuũ
priuare maioratu ob cauſas ſupradictas quãdo ipſe
pater de nouo conſtituit maioratum, vti dixi in.d.
l. 44. infra. ¶ Vnum tamen non ignoro,ꝙ ſi pri- Limita.
mogenitus conſentit alium in maioratu inueſtiri,
ꝙ tanta poſſet eſſe deſidia vel negligentia ſucceſſo
rum ſuorum,ſi quos habet,ꝙ maioratus præſcribe-
retur ab inueſtito in maioratu.vt hoc bene colligi-
tur ex his,quæ dicuntur in.l.fi.circa finẽ.ti.13.lib.3.
ordi.&.l.2. tit.9. lib.5.earundẽ ordi.plenẽ Matthę.
de aflict.deciſio.329. nu.1. plenius Ioan.Fran Bal
bus in tracta.præſcrip.4.parte.5.partis principalis.
fo.41. nu. 23. 2. limitatione.Bal.in addi.ad Spe. de
iuriſdi.omniũ iudi. ¶ Multũ tamen obſtat, quod Oppo.
dicit idem Bal. ſuper prima conſtitutione. C.in fi-
ne.ver. not.quare. vbi dicit,quod non poteſt præ-
ſcribi nõ poteſt alienari.vt.l.alienationis verbum.
ff. de verbo.ſignifi. Item. illud quod alienari con-
ceditur in priuilegium vigore alicuius præeminen
tiæ ſi non eſt tamen iuriſciuilis ad hæredes non po
teſt in alium transferri ſeu alienari. vt. l. ex pluri-
bus. & ibi per Dynum & doctores. ff.de adminiſ.
tuto. quæ duæ rationes & fundamenta multum fa-
ciũt ad ea, quæ dixi ſuper prima quæſtione. ¶ Sed So.
iſta poſſunt excludi per ea, quæ dicuntur in rubro
& nigro de rebus eccleſiæ nõ alie. in ſexto. nam &
ſi bona eccleſiarum non poſſunt alienari,vt ibi, &
quaſi per totum titulum.de rebus eccleſiæ.volumi
ne decretalium.attamen præſcribi poſſunt,vt dicit
tex.in cap. de quarta.& quaſi per totum titulum de

præſcrip. Item ſi bona maioratus nõ poſſunt alie-
Rō. nari, præſcribi poſſunt, vt ſupra. ¶ Vlterius ad or
natum iſtius legis & eorum, quæ ſuperius ſunt di-
cta, tene q̃ cũ primogenitus ſuccedit in maioratu,
remanet obligatus ad alimẽtandũ ſecundo genitũ.
¶ Semper tamen de-
bet remanere tantum
primogenito, & tan-
tum ſecũdo genito, vt
ĩnde poſſit vterq; viue
re. ¶ Et ex hoc frater
21 † minor debet ſeruire
regi pro fratre maiori
reſtrĩgit ad expenſas primoge
Infert. niti. ſic etiam primo-
genitus alimẽtauit ſe-
cũdo genitum vel fra
trẽ minorem nõ ſolũ
quando ſeruiret, ſed
etiã quando non ſer-
uiret. Et de iſtis alimẽ
tis nihil detrahẽdum
eſt. argu l. cum his. C. de tranſactio. ſufficere enim
debet primogenito, q̃ ipſe eſt honorat⁹ in ſuccedẽ
do in maioratu, vel in feudo, cui⁹ ipſe eſt dominus
in vita ſua, nec inuideat fratri ſuo ſecundo genito,
qui ſolum ab eo recepit alimenta, & tenetur ſerui-
re perſonaliter pro eo regiæ curię quando eſt guer
ra in regno, & dominus vult ſeruitium perſonale.
¶ Nec detrahẽdum eſt eius alimentis (vt dixi) quã
do dominus rex vult ſeruitiũ in pecunia: quia ſuf-
ficit, q̃ lex grauauit in hoc ſecundo genitum, quòd
non ſuccedit. ¶ Item grauauit, q̃ in illis alimẽtis ni
hil in morte poteſt diſponere: ex quo finitur illa vi
ta & militia cum perſona, & non tranſmittit ad fi-
Oppo. lios ſuos. ¶ Sed hoc contra videtur dicendũ, imò
22 q̃ † ſi primogenitus in ſeruitiũ regis, putà in guer-
ra, quæ ſubſtituatur cõtra eum, vel ipſe rex contra
inimicos regni, multa expendit primogenitus: q̃
portio ſecundo geniti minuitur. nam iſta alimenta
pręſtanda ſecundo genito pręſtantur de fructibus
feudi vel maioratus. Quod probatur ex eo, q̃ pri-
mogenitus de fructib⁹ viuere debet. Et fructus ma
ioratus intelliguntur, deductis expenſis. vt in. l. fru
ctus. & in. l. diuortio. §. impendia. ff. ſolut. matri. cũ
aliis iuribus allegatis in Spe. de expẽſis. §. 1. ¶ Vn
de ſi feudum vel maioratus valet ducentum. portio
vitę & militię erit. 23. & tertium. Si frater, ideſt, pri
mogenitus expendit centum, minuitur portio ſe-
ſolu. cundo genito. ¶ Sed reſpõde, quòd non omnes ex
penſę minuũt fructus: ſed illę quę fiunt gratia fru-
ctuum, vt dicunt glo. & docto. in dicto. §. impẽdia.
¶ Item vbi datur fauor diuinus vel iuris publici,
qui æquiparantur vt in. l. fi. C. de ſacroſanct. eccle.
non conſiderãtur expenſę, quę neceſſariò fiũt pro
habẽdis fructib⁹. vt in. c. tua nobis. &. c. paſtoralis.
de decimis. ſed ſolutio de qua ſupra, quod eſt ſer-

ren[x] al hijo ſegundo del dicho tenedor o de aq̃l a quiẽ el dicho mayorazgo pertenecia. ¶ Lo qual no ſolamente mandamos q̃ ſe guarde y platiq̃ en la ſucceſſió del mayorazgo a los aſcẽdiẽtes[y] pero aun en la ſucceſſió de los mayorazgos a los tranſuerſales[z], de manera que ſiempre el hijo y ſus deſcendientes legitimos por ſu orden repreſenten la perſona de ſus padres y aunque ſus padres[&] no ayã ſuccedido en los dichos mayorazgos. ¶ Saluo

uitium quoddam. reſpicit fauorem publicũ, quia
p̃ſtatur tẽpore guerræ vt regnũ ſit ſecurũ. ¶ Ideo
23 dicit Pau. de ca. in. d. l. fructus. ff. ſolu. ma. q̃ † ſtan
te ſtatuto, q̃ de fructibus ſoluatur gabella, debet ſo-
ui abſq; deductione expenſarũ ratione iuris publi
ci. ¶ Idem dicit Bald.
in. l. ſi domino. §. fi. ff.
de peti. hęre. & in. d. l.
fruct⁹. & Sal. in. l. 1. C.
de fructi. & litis expẽ.
¶ Et licet Angel. te-
neat contrariũ in ga-
bella, tamẽ ĩ ſolutiõe
ſeruitij nõ eſt dubitã-
dũ, q̃ ſoluit ratione iu
ris publici. vt patet ĩ.
c. 1. §. ſimiliter. p̃ And.
de Iſernia de capitu-
lis corradi. Sed poſſet
dici, q̃ iſta conſidera-
tio militat ĩter primo
genitum ſoluẽtẽ ſerui
tium, & regẽ, non autem inter primogenitũ, & ſe-
cundo genitũ, cui ſoluit vitam & militiã. ¶ Item
ex quo præſtatio alimentorũ ſecũdo genito eſt pia
cauſa, conſideratio iuris ciuilis militat ratione piæ
cauſæ: cui pię cauſæ iura etiam concedunt priuile-
gia iuris publici. vt patet ex ſcriptis per Ludo. in
authen. ſimiliter. C. ad. l. falci. ſed melius in. l. 3. qua
terno gabellarum. ¶ Propterea dicit Hoſti. in. d. c.
tua nobis. de decimis. quẽ ibi refert do. Abb. q̃ qñ
tractatur de reſtitutione quotę. vel alicuius partis,
tunc fruct⁹ deducuntur ſine aliqua deductione ex-
penſarum. ¶ Idẽ ibi dicit Ioan. And. poſt Inno. &
Spe. in ti. de loca. §. poſtquam. ver. quid ſi tibi. ¶ Et
ſi certa portio fructuũ ſoluitur ſecundo genito, nõ
eſt in cõſideratione, q̃ frater primogenit⁹ debet ſo
luere ſeruitiũ qñ eſt guerra. ¶ Pro hoc etiã bñ fa-
cit q̃d idẽ Ioã. an. dicit in dicto. c. tua. referẽdo Inn.
q̃ vbi præſtatio ſoluit p̃ aliquo ſeruitio, vel cuſto-
dia, vel defẽſione dantis, vel ſimili cauſa, nõ cõſide
ratur q̃ decimauit. ita nõ cõſideratur de fructibus.
quando ſeruitiũ ſoluit. ¶ Iſta verba Matthæi de
afflic. deci. nea. 252. licet contrariũ tenuit. vt ipſe re
fert in. d. l. imperialẽ. §. pręterea ducatus. de p̃hibi.
feu. alie. p̃ Fede. ¶ Sed q̃d hic dicit eſſe verum de
pręeminẽtia primogenituræ vel primogeniti. de
quo vide quæ dixi in glo. infra. proxima ſuper par
te, prefieran, in ver. & iſtud eſt vnum.
x ¶ Prefierẽ. ideo patruũ ĩ totũ excludũt nepotes
¶ Nõ enĩ diuidit maiorat⁹ ĩter nepotẽ & patruũ. vt
patet ex. l. iſta. ſed nepos patruo p̃fertur. ¶ Propter
24 ea q̃ † ſunt de maioratu nõ veniũt in collatiõe bono
rũ. tenet Bal. ĩ auth ex teſtamẽto. vltima ro. ver. deci
mũ octauũ capitulũ. C. de colla. & eſt ratio, q̃a tali-
forma deferũtur, vt nõ diuidãtur. nã talia iura non
recipiũt ſectionẽ. Ideo ea cõferri impoſſibile eſt.
argu

argu.tex.in.l.quædam mulier.ff.fami.her.l.carmelia pia.ff.de iure patro.&c.c.licet de voto.

Adde. ¶ Bar.tamẽ,quem ſequitur Bal. in.l. peto.§.prædium.de lega.2. dicunt aliquos ſumere fraudẽ.vt † ſi res eſt pro
25 hibita alienari, ſupponunt aliquos, qui fingunt ſe creditores, & ingrediuntur poſſeſſionẽ ex primo & ſecundo decreto,ſic incidaut in pœnam. vt. l. ſiliusſfamilias. §.olim de lega.1. ſed conſtito de fraude, non iuuabit. refert & ſequitur do.doct.de Pala. in repeti.c.per veſtras.de donat.inter vi.& vx.ſuper rubrica.col.205.in principi.ibi dũ dicit.facit quod in ſimili &c. ¶ Si tamẽ lis non fiugitur,ſentiunt Bar.& Bal.& idẽ do doct.de Pa vbi ſupra,ꝙ inalienabilia poſſent alienari,iuſta cauſa interueniẽte.nõ aliàs.idẽ dicit idẽ do.doct.de Pala.vbi ſupra.col.227. verſi. ad idẽ facit in ſimili. Quod ſępius vidi, & in facto habui, habita licẽtia regis,cauſa cognita,& cõſenſu prętendentiũ ius ad maioratũ.aliàs namq; vidi ſuper hoc diſpenſatum.

ſi otra coſa eſtuuieſe diſpueſta[ↄ] por el q̃ primeramente cõſtituyo y ordeno el mayorazgo q̃ en tal caſo mãdamos que ſe guarde la voluntad del q̃ lo inſtituyo.

26 ¶ Sed quæro hic de quęſtionẽ,pater † primogeniti plura reliquit debita,nũquid pro ſoluendis iſta ſit iuſta cauſa ad vẽdendũ aliquas res maioratus ad volũtatem primogeniti,vel cõtra ipſius volũtatẽ:cùm iſtud ſit maximus fauor animę,vt parẽtis debita ſoluãtur. Tene ꝙ nõ, ſed primogenitus debet illa ſoluere de reditib⁹ maioratus,ita dicit tex. menti teneudus.in.l.4.ti.16.ſecũda parti.maximè in verſi.pero ello deue ſer. ¶ Et iſtud eſt vnũ ius ſpeciale primogeniti:quia pręfertur aliis in ſucceſsione maiorat⁹. ¶ Et eſt aliud ſecũdũ Fran.Zãba.cõſi.ſuo.137.2.col.
27 in prin.nu.3.vbi dicit,ꝙ † primogenitus habet inter cęteros filios pręeminẽtiam propter dignitatẽ primogeniturę,ob quã ſibi multa debentur iura ſuper cęteros filios.vt habetur in.c.quã periculoſum. 7.q.1.vbi de omnibus notatur in glo. & ibi per Archi.& inter cętera eſt ius ſuccedẽdi in regno. vt.c. licet.de voto.ibi,ordine geniturę.ſol⁹ enim primogenitus ſuccedit,vt ibi.quia regnũ debet eſſe vnicũ,ideſt vni pertinere.not.ibi glo.fi.& ſupra dixi. ¶ Et eſt ratio,qa affectio prioris eſt maior in ipſum quã in cęteros filios.ca.in apib⁹.7.q.1. nã idcirco filios concipimus atq; edimus, vt ex ipſorum prole diuturnitatis nobis memoriã in eos relinquamus. l. liberorum.in fine. ff. de verbo.ſigni.

Adde. ¶ Quę autẽ ſunt iura primogenituræ, glo.in.d.c.quã ſit periculoſum.7. q.1. dicit ꝙ ſunt tria. Primò, qa præcedit. Secũdò,ꝙ ſedet ad dexterã patris. Tertiò ꝙ debet habere duplicatũ ſtatũ.Ioa.An.addit aliã in.c.licet.de voto.quã ibi vide.De quib⁹ facit mẽtionem Georgi⁹ natã in repe.c.quãuis. de pactis. in ſexto. 3.col.in fi.ver.quę autẽ ſint iura. ¶ An,& quando bona ſubiecta reſtitutioni poſsint aliquo caſu alienari,dixi ſupra,in ver,ſi tantũ.ſed pleni⁹ & melius hoc. Alex. tertia parte.conſi.3. per totum. & cõſi.88.

¶ Ley. xlj.

MAndamos quel mayorazgo ſe pueda prouar por la ſcriptura dela inſtitucion del cõ la ſcriptura dela licencia[a] del rey q̃ la dio ſien-

y ¶ Alos aſcẽdiẽtes. argu.tex.in.l.quibus. C.de ſecũ.nup.vbi dicitur, quòd in beneficio patris ſuccedunt filij, excluſis aſcẽdentibus.

z ¶ Alos tranſuerſales. dicta.l. in quibus. & ibi Bald . verſicu. portionem. C. de ſecund. nupti. vbi dicit, quòd beneficia vadunt ſecundum lineam ſanguinis: & potius ſequuntur lineam deſcendentem,quã tranſuerſalem. & optimus textus.in.l.2. titul.015. ſecunda partita.

28 & ¶ De ſus padres. Nota ꝙ † filius,mortuo patre, incipit tenere locũ patris, & ſuccedit in eius locũ p repreſentationẽ.vt.d.l.in quibus.C.de ſecũ.nup. qui ad hoc melior tex.de iure.& in.l.poſthumorũ. in prin.& ibi Bar.ff.de inoffi.teſta.tenet Bal latè in l.cum antiquioribus.C.de iure deli. Abb. in. c. licet.de voto. ¶ Idẽ dicimus in filio, quando venit ad ſucceſsionẽ ex parte matris quis per repreſentationẽ matris.l.ſi viua matre.§.de bonis mater.

29 Adde. ¶ Apparet igitur ex ſupradictis, & ex.l.iſta, quòd † ſuccedẽs in maioratu proueniente ex parte matris, ſuccedit per repreſentationem,& in eo primogenitus præfertur ſecundo genito, prout in maioratu proueniente ex parte patris.

¶ Sed iſtud hodie non eſt indiſtinctè verum. Imò iſtud modificatur & limitatur per quandã legẽ editam in curiis de Madrid,anno dñi.1534.in ordine.128.2.c.incipiente, Otroſi ſomos informados &c. quã vide & tene eam menti, quia multum etiã
30 facit ad.l.45.infra. ¶ Propterea nepos † non rumpit teſtamẽtum aui,quia ſuccedit loco alterius,vtitur eo iure, quo ille vti poterat,in cuius locum ſuccedit.l. qui quadraginta.verſi.nam hæres.ff.ad trebellia. de qua repreſentatione habetur plenè per Baldu.ſin lege & inteſtato.C.de ſuis & le.hære. & in dicta. l. 2. C. de liberis pręte. vel exhære. dixi in. l. 8. ſupra.

ↄ ¶ Diſpueſta. quia tunc forma diſpoſitionis & conſtitutionis maioratus eſt ſeruanda. vt hic. & bene facit.lege vigeſimaoctaua. ſupra.

¶ Qualiter poſsit conſtare de forma.vide per Bal in. l. liberti. 4. colum. C. de operi. liber. habetur in.l. infra proxima.

Summarium.

1 *Inſtrumentũ vallatum numero duorum teſtium, an valeat.*
2 *Licẽtia, an probetur per literas, de quarũ ſigillo vel ſubſcriptio ne dubitatur.*
3 *Licentia non ſcripta, an proſit.*
4 *Licentia, an poßit probari per literas.*
5 *Licentia, an ſit titulus.*
6 *Scriptura qualiter debet confici, vt fidem faciat.*
7 *Probatio per teſtes, an ſit ſufficiens contra ſcripturam.*
8 *Exceptio propoſita contra inſtrumentum, an poßit probari per teſtes.*
9 *Scriptura, vt probet, an debeat confiti in prima perſona, an in tertia.*
10 *Mandatum regis, an, & quando poteſt probari per teſtes.*
11 *Teſtes deponentes ſuper ſcriptura, an debent deponere de eius tenore.*
12 *Teſtes illiterati deponentes de tenore ſcripturæ, an ſint falſi.*
13 *Inſtrumentum perditum, probato tamen eius tenore, an debet publicari.*
14 *Conſuetudo immemorialis, an habeat vim priuilegij.*
15 *Conſuetudo in ſucceßione dignitatis an ſit ſeruanda.*
16 *Opinio, an faciat plenam probationem.*
17 *Conſuetudo, an poßit probari per vnum teſtem.*
18 *Teſtes in dubio, an præſumantur idonei. Et quando.*
19 *Teſtes, quando ſufficiunt minus idonei.*
20 *Conſuetudo immemorialis, per quos teſtes debet probari.*
21 *Præſcriptio immemorialis qualiter probetur.*
22 *Teſtis deponẽs in cauſa matrimoniali, cuius ætatis debet eſſe.*
23 *Teſtis, an poteſt deponere de facto antiquißimo.*
24 *Teſtis, qui dicit alique ſemper poſſedeſſe, an ſit falſus.*

MAndamos. Maioratꝰ poteſt probari per ſcripturam inſtitutionis ipſius cũ licentia principis, vel per teſtes deponentes de earum tenore, vel per conſuetudinem immemorialem probatam per teſtes concludentes, quòd anteceſſores tenuerunt, & poſſederũt illa bona loco maioratus: & eo modo filij maiores legitimi & deſcẽdẽtes ex eis ſuccedebant in eis; licet poſſeſſor bonorum alios haberet filios. & ſine eo, quòd eius filius maior partem faceret aliqualiter. & vltra hoc iſta lex ponit quales debent eſſe teſtes, & qualiter debent deponere. hoc dicit. ¶ Vel dic breuius, quòd iſta lex ponit qualiter poteſt probari bona fuiſſe maioratus, & qualiter debent eſſe teſtes, & qualiter debent iurare. ¶ Non diuiditur, quia continet vnũ factum. ¶ Nota primò ex lege iſta, quòd maioratus debet probari per ſcripturã inſtitutionis ipſiꝰ. Et iſtud eſt regulare, ꝙ probatio per inſtrumenta fieri poteſt. vt in Spe. de proba. §. 3. ver. tertio per inſtrumenta.

¶ Maximè ſi inſtrumentũ eſt antiquum: quia creditur ei, & magna fides ei dari debet, ſecundum Inno. in. c. veniens. de verbo. ſigni. tenet Pau. de caſt. conſi. 48. glo. & docto. in. c. tertio loco. de probatio. in parte, ſecundum aſſertionẽ prope medium.

¶ Quod eſt verum, ſi inſtrumẽtum eſt factum coram duobus teſti. & notario. vt per Bal. in. l. ſancimus. 1. col. ver. not. hic. C. de teſta. habetur in. c. quoniam contra. de probatio. & ibi ſcribentes. ¶ Sed tex. in. l. 1. titu. delas cartas y tranſla. fo. le. dicit, ꝙ requiruntur ad minus in inſtrumento tres teſtes. & l. 54. titu. 18. 3. par. dicit, ꝙ cum notario debent eſſe alij duo notarij pro teſtibus, vel in eorum defectu tres teſtes. & ita hodie obſeruatur. & eſt optimum, ne falſitas omittatur. ¶ Et ſi dicas. hoc eſt contra ius diuinum & canonicum per. c. cum eſſes. de teſta. & c. in omni negotio. de teſti. cum ſimi. vbi dicitur, ꝙ in ore duorũ vel trium teſtium ſtat omne verbum. Contra.

¶ Reſponde, vt habetur, & ibi dicunt docto. in. c. licet. eo. titu. dixi in. l. 3. ſupra. ¶ Vel aliter, ꝙ diſpoſitio euangelica eſt alternatiua; vt in ore duorum, vel trium. &c. & quamuis in quocunque numero duorum vel trium poſſit habere locum alternatiua, nos amplius adhęremus numero trium, quàm duorum in contractibus: quia vt dixi. d. l. 3. in tantum gentes peruenerunt, ꝙ omiſſa veritate, potius ſequuntur mendacium, quàm veritatem. ¶ Quamobrẽ hodie per. l. fi. iſtius volminis aggrauatur pœna contra falſos teſtes. ¶ Item ob hoc ſtatuitur per. l. 44. titu. 18. tertia partita. & in pragmaticis folio. 240. ꝙ vltra teſtes partes conſcribant contractus, & ſcripturas, & prius legantur, & publicentur ipſis teſtibus. ¶ Verum tamen eſt, ꝙ † valeret contractꝰ vallatꝰ numero duorum teſtium per. d. c. in omni negotio. ſi ſubſcribuntur inſtrumento, & ſunt tales quibus integra fides dari poſſit, putà, quia ſunt omni exceptione maiores. vt. in. c. 1. de teſte. melius in. l. 1. in fine. ti. delos teſtimo. foro legum. vbi vide in glo. 1. quando ſufficiunt duo teſtes, & quãdo maior numerus requiratur. vide etiam in. l. 44. quaterno gabellarum. vbi dicitur, ꝙ in caſu illius legis ſufficiunt duo teſtes cum tabellione, vel cum presbytero illius loci. ¶ Vide etiam Bal. in. c. 1. 2. col. in ti. ſi de inueſtitu. inter do. & vaſſa. lis oria. in vſi. feud. de quo dixi in. l. fi. iſtius voluminis. in parte en las otras. verſi. vnum tamen eſt menti tenẽdum. ¶ Et quia ſupra dixi valere inſtrumentum coram duobus teſtibus fide dignis & tabellione: intellige tamen contra eos poſſe contrariũ probari. vt in Spe. de ſyndico. verſi. quid ſi in aliquo, & ver. verumtamen. & de app. ver. & nota.

a ¶ De la licencia. Ad quod bene facit ſingulare dictum Bar. in. l. ſi quis mihi bona. in fine. §. multũ ff. de acqui. hære. & Pau. de Ca. conſilio. 146. vbi dicunt licentiam poſſe probari per literas. ¶ Ad idẽ habetur in Spe. de inſtru. edi. §. reſtat. verſicu. ſed
a quid ſi producitur. & Pau. de Ca. vbi ſupra. ꝙ † licẽtia probatur etiam per literas, de quarũ ſigillo, vel ſubſcriptione dubitatur, niſi agatur de pręiudicio, & tunc probatur ex acceſſione. tenet Pau. de Caſt. vbi ſupra per glo. in clem. 1. de regula. ¶ Secus vbi alicui generaretur præiudicium, nam tunc deberet

plenè

plenè probari, vt dixi in glo.1. iſtius legis. & hic eſt tex. Et nota licentiā debere probari per literas, & ſi circunſtātię probētur per teſtes. tenet Bal. in.c.1. in prin. de noua forma fidelitatis. Ioan. And. in.ca. olim. de verbo. ſignifi. ſed tene vt hic dicitur, q licētia poteſt etiam probari per teſtes deponētes per eius tenorem. Sed quęro. nū-
3 quid † licētia vel gratia non ſcripta probet.

do tales las dhás ſcri turas q̄hagā ſe[b] o por teſtigos,[c] q̄ depógan

mortuus eſt & hæredes eius per.30.annos & vltra.
ignorātes precarium poſſederūt proprio nomine:
quærebatur an præſcripſerint.& dicit Pau . de ca.
in.l.neq;.C.de vſufruc.vbi eſt caſus,ꝙ ſicut defun-
ctus ſi centum annos vixiſſet cùm teneretur alieno
nomine nunquā præſcripſiſſet, ſic nec hæredes.li-
cet quædā glo.in.§.præterea.de capi.corra.vſi feu.
dicat,ꝙ ſub iſta generalitate non venit præſcrip.lō
giſſimi tēporis:ſed longi tatū. ☞ Sed illud verū di-
cit Pau.de ca.niſi ſubiectæ materiæ natura ſuadeat *Limita.*
contrarium. ☞ Ex quibus Ioan.Fran.Baldus vbi ſu
pra colligit vnam concluſionē.ſ.ꝙ clauſula cōſtitu
ti precarij paſſiui tranſit in hæredes conſtituentis,
quia cenſentur & finguntur tenuiſſe & poſſediſſe
eo modo & forma,quibus defunctus tenuit. ¶ Et
hoc maximè,quādo eſſe facta mentio de hæredib⁹.
per tex.in.l.cum precario.§.1.ff. de precario. quod
eſt bene notādū ad dictā.l.quod meo.in principio.
ff.de acqui.poſſe.& ad ea quæ dixi in.l.17.in glo.
44 ſuper parte.la poſſeſsiō ſupra. ¶ Vlteri⁹ quæro.† *Qō.*
maritus litigauit cū tertio ſuper fundo dotali vxo-
ris:& fertur ſentētia contra maritū, nunquid præ-
iudicet poſtea vxori ſoluto matrimonio. quæſiuit,
& tacuit. Videbatur ꝙ non.argu.iſti⁹ legis.Ex quo
mulier iſta non poterat agere viuente viro ſuo.
☞ Sed tene contrarium per tex.in.l. ſæpe. ff.de re
iudi.per Bar.in.l.de dic.§.qui mulierem. ff. qui ſa-
tiſda.cogā.Et iſta eſt magis cōis opinio.de quo per
Bal.

Bal.in.l.doce ancillam.C.de rei ven. Pau.de ca.in. l.maritus.C.de procura.plenè Alexan.in.d.l.ſępe. ¶ Intellige tamē quod dicitur in dicta.l.ſępe.quādo cum ſcientia,& taciturnitate vxoris tranſiuit tēpus ad minus decem annorum.vt dicit Bal.loquendo in vēditiōe facta à filio viuo ſine licentia & conſenſu patris in.l.ſi filius.C.de petitio.hęre.dixi in.l.infra proxima in glo.ſuper parte.licencia.& in.l.58.glo.1.ver.vlterius quæro.quia tunc ex taciturnitate tanti temporis videtur in ſententiam conſentire. ¶ Maximè ſi maritus non ſtetit in iudicio vxoris nomine, ſed nomine proprio. non enim mortuo viro in continenti vxori viſa eſt in ſententiam conſentire ſine lapſu temporis,contra regulam.Qui tacet.libro ſexto.cū ſimili.ſed demū lapſo tempore,de quo ſupra. ¶ Sed nunquid poſsit vſucapi cōtra prohibitum alienare. Tex.& Bar.in.l.alienatiōis.in principio. ff.de verbo.ſigni.dicunt ꝙ non.Sed Bal. cōtra in.l. ſi.verſi.itē nota.C.qui.ex cau.in integr.reſti.nō eſt ne. ¶ Sed idem Bal.in.l.filiusfamilias.§.dini. vltima col.ver.quæro vtrum.de lega.1.ponit,an res prohibita alienari,ſi alienetur,poſsit vſucapi. Et tenet ꝙ non.per glo.in.l.1.C. de vſuca.pro emp.vide Bar. in.l.vbi.tex.2.opp.ff.de vſuca.docto.& Abb. in.d. c.cū non liceat.3.col.ver.& circa iſtā primam partem.de præſcriptio.vbi notanter loquitur. ¶ Poſtremò hic nota,ꝙ ſi mulier coniugata vendit rem datam in emphiteoſim ſine licentia viri,ꝙ propterea non cadit à iure ſuo, quia contractus eſt nullus, per iſtā legem.& contractus nullus, nō eſt contractus.argu.l.3.§.cōdēnatū.ff de re iudi.Ita tenet ſingulariter Bal.in lege.2.C.de epiſco.audi. dixi plenè in.l.68.in parte,en comiſſo,in fine vbi vide.

¶ Ley.lvj.

MAndamos que el marido pueda dar licencia general [1] a ſu muger para contraer,y pa hazer

ciæ.vt refert Ioan.faber.in.§. fuerat.1.col.inſti de actio.quia ſi maritus vult ſe abſentare vltra mare,& vult ad cauſas dotales conſtituere procuratorem,
2 quod poteſt,vt ibi,& hic. ¶ Quæro † an maritus per epiſtolam poſsit dare vxori conſenſum vel licentiam contrahendi ſtandiq; in iudicio. Archi.in.c.ſiue meliori.11.q.2.dicit,ꝙ cōſenſus ex forma legis requiſitus in aliquo actu,non poteſt præſtari per epiſtolam. quod non credo verum,quia lex requirit conſenſum patris in iudicio filij,attamen poteſt præſtari per epiſtolam.vt eſt glo.in.l.ſi cum dotem.ver.oportet. & docto.ibi in.§.ſi patri.circa medium. ff.ſo.ma.vbi etiam per Ang.& facit.l.honores.ff.de decurio,notatur in.l.titius.de cōſti.pecu.tenet Bar.in.l. ſi quis mihi bona.§.iuſſum.in ſine.ff.de acqui.hære. & in. l.1.ff.de contrahen.emp.
3 1 ¶ Licēcia general.In qua venit,ꝙ † poſsit ſoluere creditoribus.l.ſi procurator.in principio. & ibi Bar.ff.de conditio inde. ¶ Itē veniunt omnia,quæ faceret quiſq; diligens paterſamilias. vt tenet Bar. in.d.l.ſi procurator.

Adde. ¶ Hinc dicit Alex.de Imo. in primo volu.conſilio.106.incipiente. quo ad præſens quæſitum.ver. & differentia eſt.& in conſi.59.2.volu.dicit,ꝙ ſufficit conſenſus patris generalis in omnibus caſibus præſentibus & futuris.Idem dicit Bal.conſilio ſuo.153.incipiente.caſus coram epiſcopo.circa finem.in primo volu. ¶ Ad idem Spe.in titu.de actore.13. col. non computata prima. loquendo in filio mouet iſtam quæſtionem.Quid ſi pater filiofamilias dedit generale mandatum, vel generaliter conſenſit vt ageret vel ſe defenderet contra quēlibet, vel in omnibus cauſis,quas habet,videtur ſufficere.quia tātū habet generale mandatū,quantū ſpeciale.vt.l.ſi duo.in fine.ff.de adminiſ.tuto.cum concor.Et pro iſta parte Spe.vbi ſupra.adducit plures concor. et ibi Ioā. And.remiſsiuè in addi.& dicit Spe. quòd in contrarium facit in argu.l.illud.§.ſi talis.ff.de mino. & l.obligari.ff.de autho.præſtan.&.l.iubemus. C. ad vellcianum.cum pluribus alijs. Vltimò dicit,quòd ſufficit generale mandatum, ne pater cogatur ſæpius conſentire,argu.l.1.in fine. C. de cura. furio. Quia generale mandatum ſemper ſufficit, niſi dicatur,quòd ſpeciale exigatur.vt notatur in.l.pomponius.in principio.ff.de procura.

¶ Sed opponitur de lege.cum non ſolum.C.de bonis quæ libe.vbi exigit Spe.vt pater inquirat cauſam quare agere vult filius. ¶ Vnde alij diſtinguunt,vtrum ita dixit pater filio,vel maritus vxori.mando, vel concedo vt poſsis agere contra Petrum & Gundiſaluum,& omnes alios, cōtra quos cauſam habueris.vt tunc valeat.an dixerit generaliter

Summarium.

1 *Maritus,an poteſt dare vxori licentiam generalem ad contrahendum,& ad ſtandum in iudicio.*
2 *Licentia an poſsit dari per epiſtolam.*
3 *Licentia generalis quid comprehendat,*
4 *Licentia data à marito vxori,an expiret per primum actum.*
5 *Licentia generalis quos caſus comprehendat.*
6 *Vxor vendens fundum de licentia viri,mortuo viro, an poſsit vendicare*

MAndamos que el marido. Iſta.l. non ſummatur propter ſui breuitatem,& quia eſt clara.
1 ¶ Poteſt tamen ex ea notari, ꝙ † quemadmodum pater habens filium in poteſtate poteſt ei dare licentiam cōtrahendi in iudicio & extra: maximè ſoluto matrimonio.vt.l.2.ff.ſo.mat.& authē. quod locū.C.de collatio.ita maritus,in cuius poteſtate eſt mulier,poteſt ei dare licentiam contrahendi,ſtandiq; in iudicio.Et iſta eſt conſuetudo curiæ Fran-

liter non expreſſo aliquo ſpeciali,& tūc nō valeat. argu.l.ſed.& ſi quis.§.q̄ſitū.ff.ſi qs cautio.& authē. mater.C.q̄ mulier tute.offi.fun.po.de quo in Spe. vbi ſup.& ibi Ioā.And.in addi. ſup parte iuſſum. ſed dato quòd ſufficeret generale mandatū, an ſuffi ciat vnus conſenſus ſemel in initio litis præſtitus,an verò in quolibet actu, putà in q̄libet poſitione habet pater filio, vel marit⁹ vxori cōſentire.Spec.

todo aquello que no podia hazer ſin ſu licencia m. & ſi el marido ſe la diere, vala

vbi ſupra.ver.ſed nunqnid ſufficit.primò dicit, ꝙ ſi ante litē conteſtatā conſentit,ꝙ in litē poſsit eſſe, vel etiā in ipſa lite,hoc nō ſufficit,imò neceſſe eſt, ꝙ cōſentiat in qualibet poſitione & reſponſione: ſicut dicitur de tutore in lege clarū.C.de auth. præſtan.& in.§.tutor.inſti.de autho.tuto.&.lege. obſeruari.§.fina.ff.eodē titu.vbi dicit, ꝙ tutor in qualibet parte litis debet pupillo authoritatē pręſtare.ſicut & iudex delegatus per ſe debet in medio, in pricipio,& in fine cognoſcere.vt authē.ad hæc.C. de iudi.& in.c.ſuper queſtionū.§. intentionis. de officio dele.Sed iſtud non placet Spe.imò ꝙ ſufficit ab initio ſemel conſentire.vt.l.1.§.1.ff.quod iuſſu.&.c.2.de poſi.quod nota quo ad iſtam particulā. ¶ Veniūt etiā in tali mandato & licentia ea, quæ maritus facere conſueuit.vt per Bar.in lege.ſolutū. §.fi.&.l.vel vniuerſorum. ff.de pigno.actio.&. l. ſi fraudator.ff.de his quæ in frau.credi.&.in. l.ſeius. §.medico.ff.de annuis lega. ¶ Quod intellige verū de his quæ maritus conſueuit facere ordinariè, nō extraordinariè. ¶ Itē cōprehendit, ꝙ poſsit vti bona fide.vt tenet Bal.in.l.fina.in fine.ff.de pactis. & lege. procurator cui libera.in fine.ff.de procu. & Bal.in lege fi.in principio.C.qd' cūeo. ¶ Quod eſt verū,etia ſi dictū ſit ad faciēdū quicquid velit. vt.l.1.§.1.ff.quod iuſſu. ¶ Itē eſt verū,ſi dictū ſit,ꝙ facere poſsit tanquā domin⁹ de re ſua,quo caſu neq; donare,neq; dilapidare poterit ſecūdū Bal. in.l. 1.C.de bonis mater.& in lege fi.in fine. C. de contrahen. emp. ¶ Item non poteſt alienare vigore generalis mandati.l.procuratorem.& ibi Bal.C. de procu.tenet.Bar.in.d.l.ſi procuratori.in principio.ff.de condi.inde. ¶ Item non poteſt compromittere de iure & de facto, neq; poteſt fideiubere pro alio.tenet Pau.de.ca.in.d.l.contra iuris.§. fi.ff. de pactis.quę omnes loquūtur in mādato,nō tamē in licentia,quæ multum diſtat à mādato,de qua licentia vide docto. & Bal.in.d.l.cū non ſolum.§. neceſsitate.C.de bonis q̄ libe.melius in.l.32.ti.4. prima.pti.vbi dicit̄ licētia lingua latina,idē lingua vul
4 gari ꝙ otorgamiento. Qnæro inſuper, † nunquid licentia per maritum data vxori ad contrahendū, expiret per primū actum. Vide Bar .in.l.titius filius.ff.de excu.tuto.vbi tenet ꝙ ſic. tenet etiā Bal. in.d §.neceſsitate.5.col.ver. quid ſi pater ita dixit:

niſi dictū ſit etiam de futuris,quia tunc etiam ad alias cauſas extenditur. vt ibi.de quo dixi plenè in.
5 l.54.ſupra.Nota tamen,quòd † licentia generaliter conceſſa,non includit in ſe caſus fraudulētos.tenet Bal.in.l.1.1.col.C.ſi quis omi.cau.teſta. Itaq; ſi propter licentiam generaliter cōceſſam vxori,ipſa in fraudem mariti faceret contractum, & fraus probaretur,non teneret contractus. quia fraus & dolus non debent inferenti patrocinium impartiri,neq; alteri obeſſe. vt.c.ſuper literis. de reſcriptis, cum ſimi. & Abbas in.c.cum ad monaſterium.fi.col.de ſtatu regularium. vbi dicit, an verbum licentia,intelligatur quādo ſit aliquid ſiue cauſa,ſed ſola voluntate.

todo n lo que ſu muger hiziere por virtud dela dicha licencia.

m ¶ Sin ſu licencia. Mulier coniugata,quę nō poteſt facere ſine licentia mariti.vide in.l.54.cum ſequenti ſupra vſq; ad iſtam.

n ¶ Vala todo.

Adde. ¶ Quæro,an habens mandatū generale poſsit paciſci vel tranſigere ad tēpus vel in perpetuum. Videtur ꝙ ſic per iſtam legem.nam dicit. vala todo. & qui totum dicit,nihil excludit.c.ſi romanorū.19.di.c. quia circa.de priuile.cū alijs. ¶ Cōtrariū eſt verū, per ea, quæ dicit Ang.in.l.conuentionem.ff.de pactis. & per.l.mandato generali.ff.de procu. iuncta.l. quæ
6 romæ.§.calimacho.ff. de verbo.obliga. pone † ꝙ vxor conſecuta licentia,de qua in l.iſta. ſ. ꝙ poſsit facere omnia ea,que facere nō poterat ſine licētia, fundū vēdidit Petro,& pretiū fuit cōſecuta:modo cōſtāte matrimonio, vel eo ſoluto poſt mortē mariti,nititur vēdicare fundū, nūqd poſsit? Videtur ꝙ nou per iſtam legem,inquantū dicit. vala todo lo que hiziere.idem & clari⁹ vult tex.in.l. mater tua. C.de rei vēdi.vbi dicitur,ꝙ etiā ſi maritus vēdiderit rem vxoris,conſentiente vxore, valebit venditio, & mulier contrauenire non poterit. ¶ Contra hoc facit.l.ſi ſine volūtate.&.l.ſi ſciēs.C. ad velleia.vbi dicitur,ꝙ etiam ſi mulier cōſentit obligari fundū ſuum,& creditor vendidit titio fundum,eſt inutilis venditio,poteritq; mulier fundū recuperare a titio,etiam pretio non reſtituto. Et pro iſta parte facit authē.ſi qua mulier.iuncta doctrina Albe.de roſa.1.col.C.ad velleia.vbi tex.dicit,ꝙ ſi mulier conſentit obligationi rei ſuæ, obligatio nō valet.deinde dicit ibi Alberi.ꝙ procedit diſpoſitio illius authē.in marito vēdēte rem vxoris, ꝙ non teneat venditio.& hoc cōprobatur iſta ratione. Certū eſt,ꝙ prohibita obligatione,prohibetur venditio,cū ſit magis præiudicialis.vt patet ex.c.nulli.& ex notatis per docto.ibi de rebus eccle.alie.vel nō. ¶ Item quia prohibito antecedenti, prohibetur & cōſequēs.vt per Bal.in.l.cōuenticulā.3.col. ver. itē

eſt

eſt argumētū ad deſtructionem. C.de epiſcopis & cle.ſed p dictā authē,phibetur obligatio rerū vxoris,per cōſequēs earūdē rerū vēditio. ¶ Pro ſolutione vide Bal.in.d.l.mater.in fine.ver.extra nota. C. de rei vēdi.vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutū dicit,ꝙ mulier nō poſsit cōtrahere ſine cōſenſu cōſanguineorū,ꝙ talis cōſenſus nō eſt cauſa immediata trāſlationis dominij, qa nō poſſent affines trāſferre dominiū,ſed eſt cauſa habilitādi perſonā trāſferētis,et nil aliud operatur iſte cōſenſus.vt patet ex.d.l. mater. in prin. Sic igit̃ qñ mulier vēdit fundū ſuū cū licētia mariti,ꝙ virtus & fortitudo vēditionis vel ei⁹ validitas non ſtat in cōſenſu vel licētia mariti,licet ſit cauſa habilitādi.perſonā vxoris vendētis. Quapropter mihi videtur in hoc ſic dicēdū,ꝙ iſtud pēdet ex diſpoſitiōe iuris,an ſit prohibita vēditio rerum vxoris,an nō:qa ſi vxor res ſuas cōſtante matrimonio, vel eo ſoluto,vēdere nō poteſt,etiā ſi in vēditione interueniat licētia mariti,non validatur vēditio.& ita intelligo dictā auth.ſi qua mulier.& tex.in.l.61.infra. & hoc in caſu,quo validitas vēditionis nō ſtat in cōſenſu mariti,ſed qñ ipſe,vt dixi,debet authorari vēditionē. ¶ In caſu tñ,quo vxor poteſt cōtrahere ſi vēdidit cū licentia mariti,tenet vēditio,nec poſtea retractat. & poteſt poni exēplū in caſu dictę legis. 61.infra. ¶ Secundo caſu,qñ mulier aliqd de bonis ſuis vēdidit,vt ſolueret debita,ad q̄ tenebatur tanq̄ hæres parentū ſuorū,valet vēditio cū licentia viri. per.d.l.61.quod nota. ¶ An,et qñ marit⁹ ſolus,vel cū vxore poſsit vēdere res vxoris dotales vel paraphernales. vide Bal.in.d.l.mater tua.& in.l.quotiēs C.de iure doti.& in.l.1.C.ad velle.et in. d.authē. ſi qua mulier. Nota tñ,ꝙ ſi maritus interueniēte debita iuris ſolēnitate alienat rē vxoris & cōmuni opinione reputabitur illa alienatio vtilis vxori,licet reuera nō eſſet,iſto caſu tenet alienatio.glo.ſingularis eſt,quę loquitur in alienatione rei eccleſiæ in.c. cū apoſtolica.de his quæ fiunt à præla. de qua glo. fecit feſtum Anto.de Bu.ibi.& allegat etiam quod habetur in.l.tutor qui repertoriū §.ſi poſt.ff.de admi.tuto.facit quod habetur in.l.quid ergo.§.ſufficit.ff.de contra.tute.actio.& per glo.in.d.c.cū apoſtolica.verſi.profuturum.

Ley.lvij.

El juez° cō cono-

Summarium.

1 *Iudicium quando reddatur in inuitum,non ſolum reum,ſed etiam actorem.*
2 *Excommunicatus,an,& quando poteſt ſtare in iudicio.*
3 *Excommunicatus,an æquiparetur bannito.*
4 *Nobilis perdens nobilitatem,in quibus videtur illam perdere.*
5 *Excommunicatio quid ſit.*
6 *Actor,an,& quando compellitur inuitus agere.*
7 *Conſenſus mariti in contractu vxoris,an obliget maritum perinde ac ſi promiſiſſet.*
8 *Contractus cum muliere celebratus,in quo nomine petitur licentia mariti interueniſſe à lapſis decem annis,an præſumatur ſolenniter agitatus.*
9 *Lapſus decem annorum an faciat præſumi ratihabitationem & licentiam,& omnia ſolenniter acta.*
10 *Iudicis definitio deſcribitur.*
11 *Authoritas nimis properè interpoſita,an ſit nulla.*
12 *Iudex an ſit medium inter partes.*
13 *Mulier quando pōt agere contra virū,eo vergente ad inopiam*
14 *Conſenſus patris cùm conuenitur à filio,an requiratur.*
15 *Vxor an trāſeat in poteſtatē viri per contractū matrimonij.*
16 *Iudex,an,et quando ſupplet defectum tutoris.*
17 *Iudex quibus caſibus ſupplet.*
18 *Iudex,an,& quando compellit maritum ad conſentiendum contractui vxoris,& cuius expenſis.*
19 *Iudex,an debet interponere decretum in actu valido.*
20 *Iudex qualiter debet dicere,quando interponit decretum.*
21 *Iudicis decretum quantum operetur,*
22 *Maritus an poteſt appellare à licentia data vxori per iudicē.*

El juez. Iſta lex non ſummatur,qa breuis. Poſſunt tñ ex ea multa notari. Primū,ꝙ iudex,cauſa cognita,cōpellit maritū vxori licētiā pręſtare ad cōtrahēdū in iudicio,vel extra:ꝙ ſi noluerit,iudex eā præſtabit. ¶ Secūdum, ꝙ vxor non habet legitimā perſonā ad cōtrahēdū,nec ſtandū in iudicio ſine licētia mariti. ¶ Tertiū,ꝙ † iudiciū redditur in 1 inuitū,nō ſolū reū,ſed etiā actorē.quod eſt mirabile.et eſt tex.huic ſimilis in.l.cū nō ſolū.§.neceſsitāte.C.de bonis q̄ libe.& ibi Bal.& eſt ſingularis caſus fallētiæ ad rubrū & nigrū. C.nemo inuit⁹ age. vel accuſa.col. ¶ Cui adde aliū caſum nō minus ſingularē,vt puta † excōmunicat⁹ cepit agere contra 2 aliquē in iudicio,neq; ab initio cauſę fuit repulſus, tñ pēdente lite volūtariè vult deſiſtere,vel qa dicit ſe excōmunicatū,nā iudex ad inſtantiā rei poterit cōpellere actorē excōmunicatum vt agat,et proſequatur litē.iſta fuit opinio Inno.& Abb.in.c.ii.tel leximus.de iudi.et quāuis ſimpliciter pertrāſeant ipſi ſuper hoc. ¶ Tu adde tex.ſingularē in.l.inter ſtipulātē.in.§ ſi ſticho.ff.de verbo.obli.& in.l.ii.& authē.ibi poſita.C.de litis conteſta. vbi dicitur,ꝙ iudiciū redditur in inuitū.ſi ergo actor excōicatus vult recedere à lite,debet cōpelli perſiſtere,alias iudiciū nō redderetur in inuitū. ¶ Et ſi dicas,ꝙ.d.l. inter ſtipulātē.in.d.§.ſi ſticho.loqtur in reo. Bal.in d.l.ſi.§.neceſsitate.i.col.per illum tex.C.de bonis q̄ libe.dicit iſtud etiā procedere in actore. ¶ Et p iſta parte facit dictū Abb.in.c.cauſam quę.in.4.col.de dolo.& contu.vbi dicit,ꝙ ſi is,qui non poterat in iudicio ſtare,cepit litigare,& à lite vult recedere, cōpellitur ſtare,& litē proſeq,ne cōmodū reportet ſua de malitia,vel dolo.vt habetur in authē.q ſemel C.quomodo & qñ iudex. ¶ Ad quod etiā induco tex.nouiter ad hoc ponderatū in.d.c.intellex imus. vbi litera dicit.intellexim⁹,& infra quę ſunt exiū

excõmunicatus in iudicio ſtare poſsit. ſequitur &
facit. reſpõdemus ꝙ cõueniri poteſt. ſi ergo poteſt
conueniri, ſequitur ꝙ actor excõicatus põt conue-
niri, vt cœptam litem proſequatur. ¶ Et ſi dicas, ꝙ
tex. ille loquitur in reo tãtũ, prout docto. ibi in-
telligũt. ¶ Reſpõdeo, ꝙ etiã loquitur in actore ex-
cõmunicato. quia, vt vides, per illũ tex. ſimpliciter
fuit quæſitũ à Romano pontifice, vtrũ excõicatus
in iudicio ſtare poſſet, nullam diſtinctionẽ facien
do inter actorẽ & reum, ſed generaliter loquendo,
vtrũ excõicatus. &c. ¶ Et pro iſta parte iterũ pon-
dero tex. in. d. c. intelleximus. iũcta doctrina ſcribẽ-
tium, ibi. inquantũ dicunt, ꝙ excõicatus in iudicio
poteſt ſtare quatenus ab alio ſtimulatur, ne cõmo-
dum reportet de ſua malitia vel dolo. & hoc etiam
tenẽt cõiter ſcribentes in. d. c. cũ inter. de exceptio.
& eſt glo. ordinaria in. l. 4. ti. delas defenſiones. in
parte, demãdar. ver. ſextus. foro le. vbi dicitur, ꝙ ſi
reus conſentit vt actor excõicatus agat, cõpellitur
actor excõicatus ſtare in iudicio tanquã actor. alle-
gat. d. auth. qui ſemel. C. quomodo & qñ iudex. &
auth. generaliter. C. de ep̃is & cle. & Henri. in. d. c.
intelleximus. ¶ Iſtud etiã probatur in. c. dilecti fi-
lij. de exceptio. ibi, dũ dicit, traxiſſet in cauſam. Ex
quibus verbis dicũt cõiter ſcribentes ibi, & in. d. c.
cum inter. eo. ti. ꝙ vtrũ excõicatus in iudicio ſtare
poſsit, non conſideratur an ſit actor, an reus, ſed an
ſtet inuitus, aut volũtarius: quia ſi inuitus, cõpelli-
tur ſtare: ſed ſi volũtarius, prorſus repellitur, vt ibi.
¶ Præterquã in caſibus notatis per glo. in. d. l. 4. ti.
3 delas defenſio. foro le. ¶ Præterea ad hoc facit † bã
nitus, relegatus, & excõicatus æquiparãtur. vt per
glo. in. c. paſtoralis. §. verum. de app. glo. fi. in fine.
& in. §. 2. inſti. de capi. dimi. in parte, interdũ. tenet
Ioan. And. & Præpoſitus in. d. c. paſtoralis. §. verũ.
& Archi. in. c. pia. 4. col. de exceptio. li. 6. And. Sic.
in. c. p. & g. 4. col. de officio de. Alex. in. l. gallus. §.
& quid ſi tantũ. 3. col. ff. de libe. & poſth. & ſi non
in omnibus, in hoc tamẽ æquiparãtur, putà, ſi lege,
vel ſtatuto caueatur, ꝙ bannitus remoueatur à com
munione ciuiũ, intelligitur remotus quo ad ſuum
cõmodum, non quo ad ſuum damnũ, ſecundũ glo.
ſingularẽ in. l. 2. §. nemo. ff. de capi. dimi. ita de ex-
communicato dicendũ eſt. qui eſt remotus à com-
munione hominum. vt. c. à nobis. de exceptio. & c.
cum inter. de ſenten. excõmu. & c. pia. de exceptio.
lib. 6. & in. c. excõmunicato. 11. q. 3. ¶ Et ex hoc excõ
municatus in iudicio ſtare non poteſt. vt dictis iu-
ribus. & d. c. intellexim⁹. itaq; ſi excommunicatus
in iudicio ſtare non poteſt in ſuum cõmodum, ſed
in ſuũ dãnum, ſicut bannitus cui æquiparatur, com
pellatur ſtare, ne cõmodum reportet de ſua malitia
vel dolo. ¶ Et ꝙ ſit in dãnum excõmunicati, euidẽ-
ter apparet: quia ex quo re⁹ inſtat, & actor recedit,
docet ſuam iniuſtitiam, & promotionẽ litis iniu-
ſtę. vt in. d. auth. qui ſemel. igitur ſua fraus & mali-
tia non debent patrociniũ impartiri. vt. c. ſuper li-
teris. de reſcrip. ¶ Præterea ad hoc facit ſingulare
dictum Bar. in. l. 1. de digni. li. 12. & eiuſdẽ Bar. in. l.
4 vna. de infami. eo. li. vbi dicit, ꝙ † ſi ex diſpoſitione
legis, vel ſtatuti, aliquis perdat nobilitatem, intelli-
gitur illam perdere quo ad ſuum commodum, &
honorem, non quo ad ſuum damnũ, & vituperiũ.
de quo latè per Felinum in. c. dilectus. el. 2. col. 4.
de reſcrip. qui plenius quàm alius loquitur in hoc.
§. an ſtatutum, quod eſt in damnum alicuius, poſsit
retorqueri in eius commodum. & inter alia alle-
gat glo. valde notandam in. c. pro illorum. glo. pe.
de præben. vbi dicit, ꝙ geſta per excõmunicatum
in ſuum præiudiciũ, valent. Ita in caſu noſtro actor
excommunicatus inuitus, & ſic in damnum ipſius
compellatur ſtare in iudicio. ¶ Et quòd excommu
nicatio proferatur in damnum excommunicati eſt
tex. in. c. ſignificauerunt. de exceptio. & in. c. veri-
tatis. de dolo. & contu. & c. dilectus. el. 1. de reſcri-
ptis. & c. prudentiam. §. ſexta. de officio dele. & d.
5 c. pia. ¶ Ex quibus etiam iuribus apparet, ꝙ † ex-
communicatio eſt remotio & ſegregatio à commu
nione fidelium. ¶ Et hoc habito pro conſtanti, ha-
bes tex. in. l. in actione. §. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio.
& in. l. ſi exhęredatus. §. 1. ff. ad ſilenia. & Bal. in. l.
cum quis. C. de naturali. libe. & in authẽ. habita. C.
ne filius pro pa. et Ludo. ro. in. d. l. ſi exhęredatus.
vbi dicitur, ꝙ ſi quis habet ſocietatem mecũ, et pro
pter ipſius defectum deſinit eſſe ſocius, intelligitur
deſiuere in ſuum dãnum, & in meum commodum,
nõ aliàs. Sic igitur in excõicato dicendũ erit, vt de
ſinat eſſe ſoci⁹ hominũ in ſuũ dãnũ, & in cõmodũ
aliorum. ¶ Tertiò adduco. d. c. intelleximus. inquã
tum dicit, ꝙ excommunicatus poteſt conueniri, ne
commodũ reportet de ſua malitia vel dolo. Si enim
actor excommunicatus non poſſet conueniri vt ſi-
ſtat in iudicio, eſſet directè venire contra mentem
illius tex. inquantum dicit, ꝙ poteſt conueniri. Itẽ
eſſet contra eius rationem & diſpoſitionem, quia
reportaret cõmodũ de ſua malitia, trahendo aliũ in
iudicio ſine cauſa iuſta. igitur cõpellatur. &c. ¶ Po-
ſtremò adduco tex. in. l. diffamari. C. de inge. & ma
nu. iuncta doctrina ſcribentiũ ibi. et in. c. conquerẽ-
6 te. de officio ordi. vbi dicitur, ꝙ † ſi qs diffamat ali
quẽ, dicẽdo ſuũ eſſe debitorẽ, vel illum poſsidere
bona ſua, vel quid ſimile, poteſt adire iudicẽ, & im
petrare vt terminus illi pręfigatur ad docẽdũ de in
tẽtione ſua: aliàs, ꝙ termino elapſo imponatur ei ſi-
lentium. ſed diffamare, eſt ad iudicium prouocare.
vt per Bal. in. d. l. diffamari. in fine. et econtra. Itaq;
ſi aliqs dixerit corã iudice in forma iudicij, et etiã
ſi non in forma iudicij, aliquem ſuum eſſe debito-
rem, vel obligatum ad aliquid, videtur illum diffa-
mare: ergo poteſt compelli inuitus agere, aliàs & ſi
lentiũ imponitur. idẽ igitur in excõmunicato. &c.
¶ Cõtrariam ſentẽtiam tenet Abb. in. d. c. cũ inter.
vbi mutauit ſuã ſentẽtiam. & Domi. & Ioan. And.
in. d. c. pia. §. fi. de exceptio. li. vj. Idẽ Domi. i. c. alie-
num

num.2.q.2.qui expreſsè reprobat dictũ Inno.in.d. c.exceptionẽ. Fundamentũ iſtorũ dominorũ eſt, propter periculũ cõmunionis.nã certũ eſt, vt ipſi dicunt,ꝙ oẽs cõmunicantes cum actore excõmunicato,inciderẽt ſententiã excõmunicationis, cui eſt obuiandũ.per.d.c.pia.Et pro eis facit regula generalis,de qua in.d.c.intelleximus.cũ pluribus alijs. vbi dicitur,ꝙ actor excõmunicatus nõ poteſt ſtare in iudicio. ¶Tu tamen dic non obſtare contrariũ ſuperius ſumptũ,quia ſi actor excõmunicatus non poteſt in iudicio ſtare.vt.d.c.pia.cum ſimi.intelligitur voluntariè propter periculũ cõmunionis,qđ in hoc ſtat, non tamen quãdo neceſſariè litigat excommunicatus,vel cõpulſus, quia tunc nullum eſt periculum participantibus excõmunicato,nec incidunt iſto caſu ſententiã excõmunicationis.vt eſt optimus tex.in.d.c.intelleximus.quia dicit, quòd poteſt conueniri.nam ſi poteſt, non incidunt cõmunicantes in ſententiã excõmunicationis.per.d. c.intellexim⁹.&.d.c.pia.cũ ſimi.melius in.c nemo epiſcoporũ.2.q.3.&.c.nulli.de ſentẽ.excõica.&.l. 2.C.de ſumma tri.& fi.catho.&.c.exhibita.de iudi. notatur in.c.ſup eo.de elect. tenet Abb.poſt Inno. in.d.c.cũ inter.&.c.dilecti.de excepti. ¶Itẽ ſi vera eſſet opinio ſupradicta, ſeqretur, ꝙ cõmunicantes cum reo excõicato.inciderẽt ſententiã excõicationis, nec poſſent ſtare in iudicio propter periculũ cõmunionis,quod non eſt verũ per dicta iura. igitur.&c. ¶Præterea diſpoſitio de qua in.d.c.pia. habet locum in caſu,quo excõicatus ſtat in iudicio ſpõte,vt ibi patet:ſec⁹ ſi coactus,& cõpulſus, & in ſuum damnũ,quia poteſt, & debet in iudicio ſtare propter rationẽ.d.c.intelleximus.ſ.ne cõmodũ reportet de ſua malitia,vel dolo.& hoc etiã bene probatur in.c.ſi verè.§.reſtat videre.de ſentẽ. excomu. ¶Ex quo vnũ infero,ꝙ ſi actor excõicatus, qui cœpit agere,vult deſiſtere, compellitur litẽ proſequi. *Infertur* à fortiori actor non excõmunicatus, qui cœpit agere,ſi velit deſiſtere,cõpellitur proſequi litẽ,& finire. & erit ſingularis limitatio ad rubrum & nigrũ. C.nemo inui. age. vel accu.coga. ¶Sed quia caſus iſtius l.eſt, ꝙ iudex, cauſa cognita, compellit maritum præſtare licẽtiam vxori ad contrahendũ,vel ad hoc vt poſsit ſtare in iudicio,& ꝙ aliàs iudex eã præſtat,dic ꝙ iſta fuit opinio Alex.in.l.ſi cũ dotẽ. §.eo autẽ tempore.pe.col.ver.& per hoc dicebant. ff.ſolu.ma.& ibi Ang.Bar.et Imo.& Bal in.l.quotiens.5.q.C.de fideicõ.& in.l.fi.§. neceſſitatẽ.1.col. ver.ſecundò quæro.C. de bonis quæ libe.& in.l.2. C.de ſuſpec.tuto. & Ange. de Are.in.§.cõſequẽs. in fi.inſti.eo.ti.ibi dicũt,ꝙ ſi ſtatuto cauetur,ꝙ mulier nõ poſsit cõtrahere,vel in iudicio ſtare,ſine cõſenſu cõſanguineorũ,vel ſine cõſenſu mariti:& marit⁹ vel cõſanguinei nolũt cõſentire,vel eis recuſantibus ſine cauſa, iudex præſtat authoritate contractui mulieris,vel licẽtiã ſtãdi in iudicio. debet itaꝙ iudex authorizare,ꝑ marito iniuſtè recuſãte cõſentire,dũmodo copulatiuè non requirat vtrunq;. vt tenet Bal.in rubrica.14.col.C.de contrahẽ.emp. refert & ſequitur Alex.in.d.§.eo autẽ tempore.pe. col.ver.incipiẽti.Bal.etiã in rubrica. &c. tenet etiã idẽ Bal.in.l ſi furioſi.C.de nup.do. Abb.in.c.null⁹. 2.nota.de iure patro.vbi dicit,adeũdũ ſuperiorẽ,q cogat ad cõſentiendũ,vel ipſe pro eis conſentiat.tenet etiã Sali.in.l.dudũ.C.de contrahẽ.emp. vbi dicit,ꝙ tunc requiritur cõſenſus duorũ iudicũ, quorũ alter authoretur loco propinquorũ,alter ex neceſsitate ſtatuti ¶Quod eſt verũ,quãdo requiritur in actu conſenſus iudicis,& propinquorũ, vel authoritas iudicis,et propinquorũ cõſenſus, aliàs ſecus.vt ſupra tenet Bal.in.l.1.vltima col.C. q admitti.Vide etiã in Spe.de officio omniũ iudi. §.1. ver. itẽ vxor timens.vbi dicit,ꝙ vxor agit officio iudicis pro licẽtia ſibi dãda à viro cuius ſæuitiã timet.

7 ¶Sed quæro.dicitur hic, ꝙ † maritus cõpellitur præſtare licẽtiã vxori in cõtractib⁹,quos per ſe facere nõ põt:nũne cõſenſus mariti taliter pręſtit⁹ cõtractui vxoris obliget maritũ cõſentientẽ perinde acſi promiſiſſet. Bar.in.l.luci⁹.ff.de autho.tuto. loquẽdo in filiofamilias dicit,ꝙ cõſenſus per ſtatutũ reqſit⁹ in cõtractu filijfamilias obligat patrẽ cõſentientẽ perinde acſi promiſiſſet ei.pro eo facit dictũ Spe.i ti.de iudi.§.2 ver.ratihabitiõe.vbi dicit,ꝙ ratificatio facit dici negotiũ ratificãtis. ¶Sed poſtea idẽ Bar.in.d.l.lucius.in fine.dicit,ꝙ conſenſus patris in contractu filij nõ obligat patrẽ,niſi expreſſè ſe obligauerit. ¶Iſtud etiã tenet Bal.in.l.1.C. quod cũ eo.et Bar.in.d.l.ſi cum dotẽ.§. tranſgrediamur. 2 col. verſi.ſed quæro an ſufficit.ff.ſolu.ma. ¶Poſt modũ Bar.poſt glo.in.l.1 §.ſi is qui nauem.in fine. ff.de exercito.dicit, ꝙ pater obligatur ex volũtate præſtita circa contractum filij.de quo etiã per Bar. in.d.§.neceſsitate.vltima col.verſi.quęro vtrũ ſufficit.C.de bonis q̃ libe.& per Iac.de are.& Bar.in. d.§.trãſgrediamur.vbi diſtinguit. ¶Sed tu dic breuiter,ꝙ ſi quis ratificat vẽditionẽ à ſe factã rei ſuæ, ſibi præiudicat:ſi tamen authoratur vẽditionẽ vel contractum factum ab alio rei alienæ, non præiudicat.vt probatur ex.l.1.& ibi Bar.2.nota.C.ſi in cõmuni ea quę.re.in integrum reſti.poſtu. *Quæſtio.* *Contra.* *Diſtin.*

Adde. ¶Sed cõtra hoc quodãmodo videtur textus ſingularis.in cap.1.§. præterea. & in.l.ſupra in glo.3.in.ver. item ſecũdo geuit⁹.vbi dicitur.ꝙ q cõſentit.iura ſua perdit,& aliena fortificat. ¶Itẽ dicit lex . qritur. §. ſi venditor.ff.de ædili.edic.& hæc regula eſt infallibilis. ¶Pro ſolu.dic verũ eſſe, qñ quis conſentit in iure ſuo transferendo in alium:ſecus ſi cõſenſus nõ fiat ad hũc effectũ.vt.l.inter officiũ.ff.de rei vẽ. & ſuborta.ff.de re.iudi. ¶Hinc dicit Inno.quem allegat ipſe Bal.vbi ſupra,ꝙ dñs,q cõſentit vaſallo alienãti,videtur ei cõſentire circa vtile dñiũ vaſſalli,non circa directũ ipſius dominij.vt in.c. inter dilectos.đ fide inſtr.Inſpiciẽdũ eſt enim ad quẽ eſſe *Solutio.* *Infer.*

ctū cōſenſus ſit præſtitus.vt.l.ſi deinſſor. §. filiæ.ff. de pigno.propterea dicit gl.& ibi docto.& Bal.in. l.1.in ver.qto nunquid. C.qui pro ſua iuriſditione. ꝙ ſentētia nulla,ꝑpter defec. iuriſditionis, pōt per conſenſum partiū confirmari,quando ſentētia præ cediteconſenſum.quia conſenſus habet vim pacti. tenet Bartolus

cimiēto^p de cauſa le gitima o neceſſaria ^q

in.l.ſi expſſim.2.co.ū.in.ver.ſed hæc opinio nō eſt vera.ff.de appella.et in.l.1.in ver.circa tertiū.C.qū ꝓuo.non eſt nec.Bal.in.l.2.C.cōia vtriuſ.iudi. Bar.

8 in.l.1.§.1.ff.de ferijs. ❡ Vlterius quæro† reperitur contractus celebratus per vxorē elapſis iā.x.annis, & amplius,non tñ apparet de cōſenſu mariti:nunquid pſumatur conſenſus interueniſſe. Tene ꝙ ſic, q́a hæc eſt ſolēnitas intrinſeca.q́ pſumitur interueniſſe ex diuturnitate tēporis.tenet Ang.ſingulariter in.l.q in alien a.ver.ſed ſi adierit.& ibi Bal.1.co. ver.& p iſtū tex.dicēdū.ff.de acq. hęre.tenet idem Bal.in.l.2.C.de legi.hęre.& facit.l.ſi fili^9.& ibi Bal. in fine.C.de peti.hære.qa etiā facit pſumi ſolēnita tē extrinſecā.ſcdm Ang.in.d.l.q in aliena.§.1.⁋Itē

9 † facit pſumi ratihabitionē.vt tenēt doc. & Ludo. ro.in.l.1.2.co.C.q admi.& Bal.in.l.2.C.de legi.hære.⁋Itē facit pſumi licētiā in cōtractu.tenet Bal.in d.l.ſi fili^9.⁋Itē facit pſumi oīa ſolēniter acta, tenet Inno.i.c.bonę.de elect.& facit ſingulare dictū Bal. in.l.ſi ei^9.C.de legi.hære. vbi dicitur, ꝙ diuturna patientia patris,facit præſumi conſenſum eius, & aditionem,agnitionemq; bonorum poſſeſsionis.

Adde. ❡ Et ꝙ ſup dictū eſt tenet etiā Felin^9 in.c.ſicut.55.co.cū q̄q; ſequētibus de re iudi.vbi pulchrē tractat, an, & qñ ſolēnitas extrinſeca.ſiue ea q̄ cōſiſtūt in facto, pſumātur ex diuturnitate ſiue antiqtate tēporis.refert,& ſeqtur,& multas plures cōcordā.allegat do. Ioā.Frā.Balbus in tracta.pſcriptionis.in pte.3. ptis prici.nu.38.do.doc.de Pa.in.rep.c.p.v^ras.de do.in ter vi.& vxo.ſup tex.co.162.ver.& iſtā partē.tenet etiā plenē & notāter do.Mattheus de afflī.in deci. nea.345.nu.4.& 5.vbi dicit vnū mēti tenēdū, ꝙ ex antiqtate tēporis pſumitur ſolēnitas extrinſeca,niſi altera pars neget eā interueniſſe.allegat Alex.in.3. volu.cōſi.9.& do. Abb.i.c.ea noſcitur.de his q̄ ſiūt à plato.& bñ ad hoc facit glo.ſingularis in.c. ſicut. de ſentē.ex c.quam alegat An.Sicu.in.c.cū in iure. de officio dele.vbi dicitur,ꝙ vbi agitur d̄ piudicio tertij.nūq̄ pſumptio ſola ſufficit.ſed debet fieri plena ꝓbatio.Quod etiā tenet idē do.Matthæ.de afflī: deciſio.neap.365.nu.8.& p totā deciſionē.vſq; in fi nē.vbi etiā dicit,an decreti ſolēnitas ex tēpore pręſumatur.De qb^9 oīb^9 vide plenē And.Sicu.i.c.pue nit.ātepe. co.vbi bona.gl.de emp.et vē. Et ibi.5.co. dī,an p tēp^9.10.annorū pſumatur cōſenſ^9. ❡ Quid ſi viro abſente & cōſentiēti vxor vēdit rē ſuam,vel mariti,an talis cōſenſus ſufficiat ad trāſlationē dñij in emptorē And.de iſernia in ſua pegrina ſup.1.cōſtitu.neapoli.3.co.nu.10.ver.cōſenſus, tenet ꝙ ſic.

❡ Fallit in caſib^9 magni piudicij.vt p Bar.in.l. cū de in rē verſo.2.co.ff.de vſuris. Pau.de ca.in.l.licet. in prici. C.de iure delib. Bar.in.l.in ſpōſalib^9.§.1.ff. de ſpōſa.ſed ibi loquūtur in lō a patiētia.vide ibi.

❡ An decepto in dicto cōſenſu & cōtractu cōpetat reſtitutio. vide And.de Iſernia.vbi ſupra.qui tenet ꝙ ſic.

10 o ❡ El iuez. Iudex† dī q̄ſi i^9 dicēs ſecūdū Bar.in l.1.2.co.ff.de iuſti.& iure.habetur in Spe. de poſi.§. 7. ❡ Item dicitur iudex præſes ciuitatis. vt dicit Bart.in.l.ſpadonem.§.ſi ciuitas.ff.de excu.tuto.

p ❡ Conoſcimiēto de cauſa.vt.l.in cauſę.§. cauſa cognita.ff.de mino.aliàs act^9 eſt null^9.tenet Bal. et Pau.de ca.in.l.ſed ſi lege. §.prętor. ff.de in i^9 vocā. vbi dicitur,ꝙ licētia actui prǣſtāda p iudicē,debet prǣſtari cū cauſæ cognitione,aliter actus nō valet.

q ❡ Legitīa neceſſaria.ſicut dicim^9 in alienatione rerū minorū,qa debet pcedere cauſa legitia,& neceſſaria.vt iudex interpōat decretū i tali alienatiōe l.etſi pſes.et l.minorū.C.d̄ pdijs mino.ibi,dū dicit, cauſis lūinis et,ꝓbatis,q̄neceſsitatē īſerāt vēditiōis.

11 Adde. ⁋Idē dicit tex.ſingularis in.l.1.d̄ prædijs curialiū.li.10.vbi dicitur,ꝙ † vbi cūq; curialis vult vendere prędiū,debet ex authoritate cauſas neceſſarias exponere, & ꝓbare iudici,& tūc iudex interponit decretū in vēditiōe.Et tūc iudex cōſiderabit neceſsitatē curialis pro ea quātitate,ꝓ qua habet neceſsitatem.Iſta fuit opinio Bar.in.d.l.1.quē refert & ſeqtur And.Sicu. īn.e.cū.dilecti.3 co.ver.et ſi poſſet probari. d̄ emp. & ven. ❡ Propterea tex.in.l.magis puto.§.ne paſſim &.§.prętor.ff.de rebus eo.dicit, ꝙ ſi decretū iudicis,ſeu ei^9 authoritas apponatur in cōtractu minoris,nō cōualidat illū cōtractū:imò eſt nulli^9 roboris,ſi ꝓperē,& ſine cauſę cognitiōe fuerit interpoſitū decretū,ſeu interpoſita authoritas. Et ex tēporis breuitate pręſumitur,ꝙ illa authoritas fuerit interpoſita cauſa nō cognita.arg.c.cū ex literis. de in integr. reſti. ❡ Iſtud fuit ſingulare dictū Petri de ancha.conſili^o.322.incipiēte.viſis ſacti narratione & copijs.refert & ſeqtur do. Anto.in repe.c. eccleſia ſanctę Marię. de conſti. & dicit ſępenumero ſe allegaſſe iſtud in cōſilijs in ſacti cōtingētia. Quod eſt notādū ſecūdū eū pro iudicib^9,qui ponūt ſe in bācho,& interponūt authoritatē in cōtractib^9 minorū,cauſa non cognita,& aliter rem non examinant.nec de contractu cognoſcunt:quia talis authoritas nimis properè interpoſita,eſt nullius momenti.Quod eſt vtile ſecūdū Anto.corſetum ſingulari ſuo,incipiēte.decretū iudicis.fo.151.ad infringēdū multos cōtractus celebratos cū minorib^9.Quod idē eſt dicēdū in cōtractib^9 celebratis cū mulierib^9 cōiugatis de licētia maritorum ſuorum, vel iudicum.

12 r ❡ Compela. Et ex hoc pōt notari,ꝙ † iudex eſt mediū inter partes diſcordantes,quia cōpellit eas.

vt per Bar.in.l.legatū ciuſtati.ff.de vſufr. lega. habetur in.l.1.& ibi Bal.C.de nup.propterea compellit maritū ad præſtandā licentiā vxori in his, quæ vxor ſine cui⁹ licētia facere nō poteſt, vt hic, & tūc dicitur bonus vir. vt.l.ſed ſi vnus. §. ait prætor. & ibi Bar.ff.de iniurijs. glo.in.c.ſtatutum.§.1. de conſtitutio.li.6. ¶ Hine dicimus, ꝙ iudex cōpellit partes diſcordantes in electione arbitri ad concordiā.doctores & Bar.in.l.de die.ff.qui ſatiſda.cogan.docto.in.l.obſeruandū.ff.de iudi.glo.in.c.1. de mutu.peti.& in Spe.de præpa.iudi.2.parte.in fine & ibi Io.And.& Pau.de ca.conſi.336.Bar.in.l.1.C. de fideicō.libe. ¶ Et not. ꝙ ſi eſt contentio inter maritū & vxorem an cauſa propoſita ſit legitima vel neceſſaria, vt debeat maritus licentiā præſtare vxori, debet iudex eligere ſapientē, & formare pūctū quæſtionis, vt ſuper eo cōſilium præſtet. tenet notāter Bar.in.l.in vēditiōe.§.fi.ff.de bonis autho. iudi.poſsi.& Pau.de ca.per.illū tex.in.l.cū ſpecialis.ver.itē nota.ibi.C.de iudi. ☞ Si tn̄ parentes ſunt concordes, iudex non ſe intromittit. vt habetur in Spe.de homicidio.verſiculo.ſed pone.

cōpela[r] al marido q̄ de licēcia a ſu muger para todo aq̄llo que ella no podia hazer[s] ſin licēcia de ſu marido: y ſi cōpelido no ſe la diere q̄ el juez ſō lo ſela pueda dar.[t]

s ¶ Que ella no podia hazer. & ſunt ea q̄ continē-
13 tur in.l.57.&.59.iſti⁹ voluminis. ¶ Quæro. † maritus vergit ad inopiā, & vxor ipſius vult repetere dotem, nunquid ſit neceſſaria licentia mariti. Do. docto.de Pa.in repe.c.per veſtras de dona.inter vi. & vxo.ſuper textu.col.107. ver.ampliabis. dicit, ꝙ vxor poteſt petere dotem à marito vergente ad inopiam etiā abſq; eius licentia, imò ipſo contradicēte. Ita tenet ſolus Alberi.& in.l.vbi adhuc.ī fine.C. de iure doti.dicens, ꝙ cū iure Lōbardo mulier trāſeat in poteſtatē viri. vt notatur.in.§.1.inſti.ad tertulia.& probatur in Lombarda qualiter mulieribus permiſſum eſt.l.1. Quomodo faciet mulier, ſi maritus nolit conſentire ſibi dotē petere ex forma dic. legis, vbi adhuc & ipſa ſine iſtius conſenſu in iudicio eſſe non poſsit. vt.d.l. fi.§.1. C. de boniſq; libe. dicit enim Alberi.hāc queſtionē habuiſſe de facto Pergami, vbi ſeruatur i⁹ lōbardū, & dictum fuit, ꝙ
14 tūc agere poſsit ſine cōſenſu viri. ¶ Idē † dicim⁹ in cōſenſu patris, quia dū agitur cōtra eū ſup dote, nō requiritur ꝙ petatur eius conſenſus. vt in authē. quod locū.C.de colla.vbi eſt glo. Vel dic, ꝙ ſaltem marit⁹ cogetur cōſentire ad inſtantiā patris. vt.d.l. fi.§.1.C.de boniſq; libe.cū ibi notatis.& per Rofre. & in libello de perſonis litigantiū.ver.itē nec mulier. Iſta ſunt ferè verba Albe.vbi ſupra. ☞ Ex qb⁹
15 infert do.doctor de Pal.in.d.ver.ampliabis. ꝙ † hodie ſecundum iura regni noſtri filia per contractū matrimonij liberetur à poteſtate patris, & quodāmodo tranſeat in poteſtate mariti, vt ſine ipſo non poſsit contrahere, neq; in iudicio eſſe: nihilominus poterit agere contra eūdē maritū, nolentē, & inuitum, eo ꝙ authoritate legis facit. & iſte dicit, ꝙ eſt vnus caſus, in quo vxor ſine licentia mariti poteſt eſſe in iudicio, prout aliàs filius agit contra patrem, aliquando inuitū & renitentē. vt traditur in.l.generaliter.ff.de in ius vocan.& in.§. pœnales.inſtitu.de actio.& in.l.lis nulla.ff.de iudi.interueniente licētia iudicis, quę forſan non eſt neceſſaria in caſu noſtro, quanuis tutius ſit, vt ipſe inquit, ꝙ interueniat, ſi maritus non conſentiat.argu. c. nullus. de iure patro.cū ibi notatis. Hodie tamē.per. l. iſtā bene ꝓbatur, ꝙ etiā iſto caſu adminus reqritur licētia iudicis, q̄ ſupplet licētiā mariti, & eius defectū.

Adde. Nunquid filij poſſunt contra patrem vergētē ad inopiā agere. Vide Alex. in.l.2.in.§.ꝙ in patris.4.co.ver. & facit ad quæſtionem.ff.ſolu.matri.

t ¶ Sela pueda dar. Ad quod bene facit dictum Abb.in.c.auaritiæ.ad finē.de præbē.& in. c. quod dei timorē.de ſtatu.mona.vbi dicit, ꝙ ſi cauetur ſtatuto, ꝙ nullus contrahat matrimoniū cum pupilla, ſeu cum minore.25.annis ſine cōſenſu duorū agnatorū ipſius puellæ, ꝙ ſi agnati requiſiti ſine cauſa denegant præſtare cōſenſum, poteſt adiri ſuperior, vel vt ipſe det licentiam, cauſa cognita, vel vt compellat agnatos ad cōſentiendū. Ad quod facit optimè tex.in.c.null⁹. de iure patro.& quod volūt do. Abb.et in.c.relatū.de cleri.non reſi. ſentit etiā in. c.1.de rerū permu.& videtur de mente Bar.in. l. ſi cū dotem.§.eo autē tēpore.ff.ſolu. ma. & in.l.fi.C. de bonis quæ libe.& in.l.tranſactione. C.de tranſactio.& in.l.turpia.§.1.de lega.1.& Bal.in.d.§.eo autem tempore.& in.l.in cōiunctionibus.aliàs in.l.in copulādis. C.de nup. And.Sicu.in.c.ex parte.de accuſatio.in additio. Iaſon in.l.1.7.co.C.qui admi. Felinus in.c.cum acceſsiſſent.9.co.de conſtitutio.

Adde. ☞ Hinc dicit tex.in.l.bonorū.la.2. C. quæ admitti. ꝙ tutor poteſt agnoſcere bonorū poſſeſsionē pro pupillo, non pupillus ſine tutore, niſi defectum tutoris ſuppleat
16 iudex. ¶ Et ſic notāt doc.& Bald.ex.l.illa, ꝙ † iudex ſupplet defectum tutoris. quod etiā tenet idem Bal.in.l.ſi curatorē habēs. C.de in integ. reſti. mino. vbi plenè per Bar. ☞ Iſtud etiā tenet idē Bal.in. d.l.bonorū.1.co.&.1.not.per.l.profectitia.§.1. ff. de iure dotiū.& p alia iura, q̄ ipſe allegat. ¶ Itē eſt ve-
17 rum, ꝙ † iudex ſupplet in volūtaria iuriſditione ꝓ muliere coniugata, vt hic, & pro minore. vt.l.bonorū. quia ibi non requiritur certa diſtinctio perſonarū pro forma iudicij. ſecus in iuriſditione contētioſa. vt.l.clarū.C.de authorita.prçſtā. ¶ Itē dicit Bal. in.d.l.ſi curatorē.C.de in integr.reſti.mino. in fine ꝙ actus, in quo ſupplet iudex, ordinatur ad acquiſi

tionẽ, nõ ad alienationẽ. Sed ex.l.iſta apparet contrariũ, & ex.d.l.minorum. C. de prędijs mino. cũ ſimi.igitur.&c. ❡ Hinc dicit Rochus de Cur. in ſuo tracta.de iu.pa.in.§.pro eo.ver.5.quæro.nu.12. cum quatuor ſequentibus. fo.201 ꝙ ſi epiſcopus nollet conſentire ſine cauſa acquiſitioni iuris patronatus, poſsit cogi ad conſentiendũ, per tex.in.c.nullus. de iure pa. ſecũdũ ꝙ ibi notãt omnes, licet diſputando poſſet dici, ꝙ ille tex. nihil facit. quia de cõditiõe verbũ nullũ.

❡ Ley.lviij.

EL marido pueda ratificar lo q̃ ſu muger ouiere hecho[v] ſin ſu licẽcia, no embargãte que la dicha licēcia no aya precedido[x] ora la ratificaciõ ſea general[y] o eſpecial.

❡ Et dicit ibi do. Abb. generaliter per illum tex. ꝙ vbi requiritur conſenſus vnius in fauorem alterius, ſi non vult conſentire ſine cauſa legitima, poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, vt ſuperior ipſe conſentiat, vel compellat illum ad conſentiendum. ❡ Hinc etiam infert do. Abb. ibi notabiliter ad ſtatutum mandans, quòd non poſsit contrahi cum minori. 25. annis ſine conſenſu duorũ agnatorum: quòd ſi agnati denegant conſentire ſine cauſa, poteſt adiri ſuperior vt conſentiat, vel cogat dictos agnatos per illũ tex. conſentire. Et ita dicit ibi ſe alias conſuluiſſe. & in conſi.ſuo.65.incipiente. caſus quidam raine-rius &c. in ſecundo volu. vbi alias authoritates ad ad hoc allegat. Et per tex.in.d.c.nullus. multas deciſiones in ſimili accumulat do. Bartholomæus bellen. ibi in apoſtillis ad abba. ❡ Idem quod in
18 minore iſta.l. dicit in muliere nupta, vt † ſi maritus non vult præſtare licentiam in contractu vxoris ſine iuſta cauſa, poſsit per iudicẽ compelli, & quòd expenſis mariti vxor proſequatur litem ad obtinendum conſenſum vel licentiam, et appellationẽ, ſi vir appellauerat. vt ſequitur infra in glo. iſta. & tenet do. doct. de Pal. in repe.c.per veſtras. de dona. inter vi.& vxo. ſuper tex.co.145.ver.ampliabis octauo. dum loquitur de muliere repetente dotem à marito vergente ad inopiam. ❡ Et not. vnum in
19 materia valde ſingulare, quòd † licet detur caſus, in quo licentia mariti, vel iudicis authoritas in contractu minoris, vel mulieris coniugatæ non ſit neceſſaria, eſt optimum partes petere à iudice, vt confirmet contractum ab eis factum, licet eorum conſenſus (vt dixi) ſufficiat, & ad faciẽdum iudex tenetur. tex. eſt ſingularis in.l.ſi quos. de decurio.lib.10. ſecundum vnam lecturam Bar. qui dicit, ſe nunquam vidiſſe, niſi modo. Et eſt vtile ſecundum eum in omnibus caſibus, in quibus quis dubitat, an alius poſsit petere contractũ infringi, quòd poteſt pars
20 petere confirmari. ❡ Item quæro, an † valeat decretum iudicis, dicentem ſi maritus nullum præſtiterit conſenſum vel licentiam in tali contractu vxoris ſuæ, ego interpono decretum & authoritatem meam. Aliquibus videtur quòd non, quia iſtud eſt decretum alternatiuum. Sed tene contrarium, quia decretum alternatiuum valet, & tenet. caſum habes vnicum & ſingularem in.l.ſi pupillo-
21 rum.§.ſi prætor.ff.de rebus eorum. ❡ Quantum † verò operetur decretum iudicis, vide per docto. & And. Sicu. in. ca. cum dilecti à principio, vſq; in finem de emp.& ven. ❡ Et quòd tutor & curator poſſunt compelli authoritatẽ præſtare, tenet etiam Bal. in.l.cum non ſolum. §.ne authoritate. 2. col. circa principium. verſi. et ex hoc not. C. de bonis q; libe. Et iſta compulſio eſt rationabilis & iuſta. ❡ Secus in contractibus. vt. d. l.1. in fine. ff. de autho. tuto. ❡ Sed quod dicitur ibi de contractibus, hodie eſt ſecus per iſtam.l. nam maritus compellitur authorari, vt hic, & ſupra dixi. quod not. ❡ Vnum tamen non omitto, quòd decretum non requiritur, quando cum authoritate venditur. per.d.l.magis.§.1.&.3. ff. de rebus eorum quæ ſub tutela vel cura ſunt. habetur in Spe. de ceſsio. actio.§.1.7.col. in fine. & ſequẽ. & ibi Ioã. And. vbi mouet aliam.q. quam per te vide.

aa ❡ Sed quæro † nunquid à tali decreto vel licentia poſsit maritus appellare. Et tene quòd ſic, quia maritus læditur, vel poteſt lædi ex contractu, in quo iudex interponit decretum, vel ſi licentiam, ratione iſtius læſionis bene appellat.

❡ Item ſi videt mulierem lædi, nec eſt nouum, quód à decreto appelletur. vt lege. ait prætor.§.permittitur.ff. de mino. tenet Baldus.l.1. fina. colũna. verſiculo. ſed nunquid. C. qui admi. vbi vide.

Summarium.

1. *Ratificatio an poteſt fieri, parte abſente.*
2. *Maritus an poteſt ratificare geſta per vxorem. Et an ratificatio poteſt fieri parte abſente.*
3. *Aſſenſus præſtitus in alienatione facienda, an confirmet alienationem iam factam.*
4. *Confirmatio futurorum, an, & quando inducat confirmationem præteritorum.*
5. *Maritus, an poteſt ratificare geſta per vxorem, vel gerenda per procuratorem.*
6. *Maritus an poteſt confirmare geſta per vxorem.*
7. *Facere, confirmare, & ratificare, in quibus differunt.*
8. *Aſſenſus præſtitus in contractu, an videatur præſtitus in executione ipſius.*
9. *Pater contrahens nomine filiorũ, quos non habet, vel maritus nomine vxoris, quam non habet: ſi poſtea filij naſcãtur, vel ſi maritus contraxit, an confirmetur contractus.*

Rati

10 *Ratificatio quid operetur.*
11 *Licentia, an, & quando præſumatur interueniſſe.*

pectato adeſſe noluerit,valebit quod geſtū ſit cum licētia iudicis.& idem in aliis , quorum conſenſus in actu requiritur,nam debent requiri & expectari argu.eorum,quę notātur in.l.fi.ff.de in integ. reſti. Idem tenet Bal. in.d.c.1. de conſue. recti ſeudi. vbi dicit,ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ mulieres non poſſent contrahere ſine licentia conſanguineorū,nam cùm auferant ab eis adminiſtrationem, poſito ꝙ nolint intereſſe,vel conſentire,nō valet cōtractus, niſi hoc faceret dolo malo,tunc enim iudex non poteſt eorum pręſentiam ſupplere, diſcernendo ſe ratum ha bere id,quod geſtū eſt,eorum abſentia calumnioſa non obſtante.facit.l.7.ſupra. &.l.1.§.2.ff. quod cum falſo tuto.in argumē. ¶ Intellige verum eſſe quod

5 dictum eſt,quando † marito abſenti pręiudicatur. ſi tamē non pręiudicaretur,& factū eſſet vtile vxori,vt ſequitur in textu,non eſſet maritus expectandus.vt habetur in Spe. de dilatio.§. nūc videamus. ver.ſed pone ecce.& bene ad hoc facit.l. de die. ff. de pactis dota.vbi dicitur,ꝙ mulier non poteſt paciſci ſuper dote in ſuum præiudicium,nec in pręiu dicium mariti,ſed in eius cōmodum bene poteſt. ¶ Idem dicimus in pupillo,qui cōtrahere non poteſt ſine tutoris authoritate.vt.l. pupillus.ff. de acqui.rerum domi.& in.§. nūc autem admonendi. & in.§.at ex contrario.inſti.quibus alie.licet vel non: Si tamen quid dari ſtipuletur pupillo,nō eſt neceſſaria tutoris authoritas,quia tunc conſequitur com modum,non dānum.vt in princi.inſti.de de autho. tuto.&.§.pupillus,inſti.de inutili.ſtip.vbi dicitur, ꝙ pupillus non obligatur ex contractu agitato ſine tutoris authoritate,alium tamen obligare poteſt ſine authoritate tutoris.vt ibi.

Adde. Dixi plenè in.l.ſupra ꝓxima in glo. ſuper parte,ouiere hecho.et ſuper parte,precedido.& ſuper parte , general. circa finem.

6 ¶ Corre peligro. Pone exemplum † in caſu, quem poſui.in.l.57.ſupra ſuper parte , compella al marido, putā in marito, qui cepit dilapidare bona ſua.Item quādo res in dotem data fuit inæſtimata, quo caſu periculum eſt vxoris. vt tenet Bal.in.l. ſi inter vi.& in.l. quotiēs.&.l. cum dotem.C. de iure doti.

doti.& facit.l.ęſtimate.ff.ſol.ma.idē Bal.ĩ rub. C. de pericu.& cõmo.rei ven. 3.q. ſortè quia inquilinus, vel alter, penes quē erant res dotales, fugit, vel paratus eſt ad fugam, vel quia ſurripuit res dotales inæſtimatas, & auſugit cum eis: quo caſu ſi maritus expectaretur, periculũ eſſet vxoris. vt per Bal. vbi ſupra. & eſt tex.in.l.18.ti.11.4 parti. tũc enim iudex cauſa cognita, non expectato viro, debet licentiam vxori præſtare. Poteſt etiã poni exemplũ in inuaſore rei inæſtimatæ, ſiue ſit mobilis, ſiue ſe mouēs, cũ ſit periculũ vxoris, vt ſupra dixi: nã poteſt agere, viro non expectato.

Quæſtio ¶ Sed quia dixi, ꝙ periculum rei inęſtimatę datæ in dotē, eſt vxoris, & ꝙ rei æſtimatæ eſt mariti. quæro, datæ ſunt oues, vel boues alicui in dotem inæſtimatæ, nunquid periculũ earum ſit vxoris, an mariti. & videtur ꝙ vxoris per ſupradicta. vel poteſt dici, ꝙ ſit cõmune mariti & vxoris: quia inter eos propter matrimoniũ eſt contracta ſocietas. vt in Spe. de ſeu. §. quoniã. ver. 20. & in.l. aduerſus, C. de crimi. expi. hære. dixi in.l.16. ſupra in pte, ha de auer. ſed periculũ in ſocietate aĩalium ſi pereãt caſu, eſt cõe. igitur. &c. aduerte, quia in hoc Bal. facit tres caſus. in.l. ſi paſcēda.1.col. ver. quærit hic Petrus. C. de pactis. vbi loquitur in ſocietate animalium. ¶ Et dicit ꝙ interdum periculũ eſt paſtoris ratione culpæ. ¶ Interdũ totum dñi, ratione retenti dominij rei inæſtimatæ, quæ perit caſu fortuito. ¶ Interdũ eſt cõmune periculũ ratione æſtimationis, & hoc regulariter in quacũq; ſocietate. ¶ De ouib⁹ & aliis reb⁹ datis in dotē ſine ęſtimatiõe, vide tex.in.l.18. et.21.ti.11.4. parti. & illud tene.

& ¶ Conoſcimiēto de cauſa. Not. ex.l. iſta, qa di-
7 cit, ꝙ † cauſæ cognitio reqritur in pręſtãda iudicis authoritate. quod etiã tenuit Bar.in.l. ſed ſi hac. §. ait prætor. ff. de in i⁹ vo. vbi dicit verũ, niſi in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſditionis. vt tenet idē Bar.in.l.
8 cùm ij. §. vult igitur. ff. de tranſa. ¶ Itē nota, ꝙ † cauſæ cognitio fit officio iudicis mercenario, nec reqrit libellũ. vt tenet Bar.in.l. quæ oĩa. §. fi. in fi. ff. de procu. Vlterius nota, ꝙ iſta ſummaria cognitio fit etiã ſine præſentia partiũ per ſolũ iudicē. tenet Inno.in.c. ex parte. in glo. ſua. ver. miniſtrari. de accu-
9 ſa. ¶ Et eſt ſuper hoc notandũ, ꝙ † etiam parte nõ

Nota. petēte iudex ex officio poteſt prouidere, ne bona pereant. tenet Bar. in auth. ſi oēs. C. ſi minor ab hære. ſe abſti. Et quãuis iſta cauſa ſit ſummaria, debet plenè probari. vt tenet Bal.in.l.1. col.1. in fi. ver. ſed quæro. C. vt in poſſe. lega. & Bar.in.l. Carbonianũ. Quod eſt verũ, quando agitur de magno præiudicio, ſecus ſi de leui, nam ſufficit iuramentum. & de qualiquali ſufficit qualiſqualis probatio. tenet Bar. in.l. ſi qs. ver. quæro in ſummariis. ff. de libe. agnoſ.

a ¶ Legitima. ſcilicet vera vel iuſta. nam ſi iniuſta, vel falſa, vitiat decretũ iudicis ipſo iure, etiam ſi non ſit expreſſa. tenet Bar.in.l. Seiæ egreſſæ. ver. ſed dic ꝙ differentia. ff. de tuto. & curato. da. ab his. per.l.1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat ei. & in.l. iuſtè poſſidet. paulò poſt pricipiũ. ff. de acq. poſſe. & in.l. ſi is ad quē.1.col. ad fi. ibi. ſec⁹ in decreto. ff. de acquiſi. hære. & in.l. & ſi præſes. C. de prædiis mino.

b ¶ Neceſſaria. vt dicit tex. in venditione rerum minorum. C. de prædiis mino. ibi, cauſis probatis, quæ neceſsitatem inſerant venditionis, decretũ ſolenniter interponatur. ¶ Ex quibus nota, quòd ſi maritus, vel iudex, in defectum mariti interponit authoritatē in contractu mulieris, non validat contractum. imò eſt nullius roboris, ſi propriè, & ſine cauſæ cognitione fuerit interpoſitũ decretum, ſeu interpoſita authoritas. argu. tex. in.l. magis puto. §. ne paſsim. & §. prætor. ff. de rebus eorũ. & ex temporis breuitate præſumitur, quòd illa authoritas fuerit interpoſita, cauſa non cognita. argu. capitu. tum ex literis. de in integ. reſtitu. Iſtud fuit ſingulare dictum Petri de Ancha. conſi. 317. incipienti. viſis facti narratione & copiis. refert & ſequitur Andre. Sicu. in repeti. capitu. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio.

c ¶ Hauia de dar. Nota ſingulariter ex.l. iſta, & Nota.
10 nunquã obliuiſcaris, quòd † vbi actus debet exerceri per certam perſonam, vt hic, ſcilicet per maritum, & ſub certa forma, licet recedatur à perſona; nõ debet recedi, nec videtur receſſum à forma. Nã iudex in tradēdo licentiã, tenetur ſeruare formam, quã marit⁹ tenebatur ſeruare. ¶ Itē pone exemplũ. teſtator mandauit executori, ꝙ diſtribuat bona ſua in pauperes, ſecundũ conſilium Guardiani ſancti Franciſci: ipſe executor negligens fuit infra annũ ad exequendum voluntatē teſtatoris: deuoluta eſt poteſtas ad epiſcopũ. per.l. nulli. C. de epiſc. & cle. & c. nos quidē. de teſta. & vtrobiq; notatur. tamen epiſcopus tenetur ſeruare formã, quia tenetur exequi ſecundũ cõſi. Guardiani: quia licet ſit receſſum à perſona executoris, non tñ eſt receſſum à forma. Iſtud fuit ſingulare dictũ Bal. de Peru.in.l. ſi pupillam. C. ſi mãci. ita fue. alie. quē refert et ſeqtur And. Sicu.in.c. dura. de crimi. fal. qui dicit ibi eſſe caſum pro illo dicto Bal. ver. iuxta præſcriptã formã. vbi probatur, ꝙ licet perſona magnæ authoritatis poſſit recipere literas apoſtolicas, tamē debet recipere iſtã formã ibi præſcriptã: & ſic licet ſit receſſum à perſona, vt dixi, tñ nõ eſt receſſum à forma. probatur etiã in cle. vna. de ſupplē. negli. præ. vbi ſi collat. beneficiorum ſpectat ad inferiores ab epiſcopo, & per negligentiã deuoluatur ad epiſcopũ, ipſe epiſcopus tenetur cõferre illa beneficia illis perſonis, quibus tenebãtur cõferre ipſi inferiores prælati. Et illos duos textus ſic inductos ne obliuioni tradas. & vide Ioã. An. de hoc in.c. publicato. & ibi Abb. & alios de electio. & And. Sicu.in.c. venerabili.5. col. de offi. dele. eundem Abb.in.c. poſſeſsiones. in fi. de reb. eccl. nõ alie. & Iaſ.in.l. ſi cũ. §. iniuriarũ.4. col. ff. ſi qs cau. Feli. ĩ.c. cũ dilecta.14. co. de reſcrip. & in.c. cũ acceſsiſſent.7. & 8 col. de conſti. Et adde ꝙ decretũ iudicis validat geſta p perſonã nõ legitimam.

mam.tenet Bal.in.l.1.6.q.C.de teſta.per.l.2.§.idem Pomponius.ff.quòd falſo tutore authore. & in.l.ſi infanti.in fi.C.de iure deli.ſupplet enim decretum iudicis pro authoritate in facto ꝓprio, vt per Bal. in.l.ſi furioſi.in fine.C.de nuptiis.

¶Ley.lx.

QVãdo la muger renũciare[d] las ganancias, no ſea obligada a pagar parte alguna delas deudas

11 Adde. Quæro. iudex † propter abſentiã mariti, cauſa cognita, dedit licentiam vxori de contrahendo, vel quòd poſſet vendere fundũ, quod vendidit Titio, demum illud vendidit Sempronio: adueniente marito, ipſe maritus vnam de duabus approbauit venditionem, vel contractum, quæritur, quæ iſtarum venditionum debet valere. Reſpõde, ꝙ valet illa venditio, quæ de iure tenuit ante ratificationem, vel approbationem mariti. nam ratificatio nihil operatur in præiudicium eius, cui ius eſt quæſitum ante ratificationem. tenet Bal. in.l.fi. C. ad Macedonia.& in.l.obſeruare.§.poſthæc. ff. de offi.procõ.Bar.in.l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem. ff. de adulteriis.& in.l.indebitum.§.1.ff.rem ratam habe. & in.l.rem alienam.ff.de pigno.cum ſimilibus.

Summarium.

1 *Renunciatio mulieris, an, & quando debet probari.*

2 *Mulier, quæ propter debitum viri renunciauit lucris habituris conſtante matrimonio: marito veniente ad pinguiorem fortunam, an poſſit vxor pœnitere, & partem lucrorum petere.*

3 *Vxor in quærendis an poſſit præiudicari.*

4 *Renunciatio doloſa, quo remedio infringatur.*

5 *Vxor conſentiens alienationi rerum mariti, in quibus habebat hypothecam pro dote, & iurauit non contrauenire, an mortuo marito poſſit agere hypothecaria.*

6 *Maritus & alter in ſolidum obligati pro reſtitutione dotis, ſi vxor conſentit in alienatione bonorum mariti, eo defuncto an poſſit agere contra correum pro reſtitutione dotis.*

7 *Maritus habens bona ſua obligata pro dote vxoris, ſi alienauit de conſenſu vxoris, eo defuncto an poteſt agere contra tertium bona mariti poſſidentem.*

QVando la muger. Iſta lex eſt breuis & clara, ideo non ſummatur. ¶Eſt tamen notandũ pro ſummario, quòd mulier non tenetur ad debita contracta per maritum conſtante matrimonio, quã do renunciauit lucra, aliàs ſecus. concordat.l.14. ti. delas deudas.fo.le.& l.ſtyli.207.ver. & como quie
1 re. Et not.ꝙ † renũciatio nõ præſumitur, niſi probetur, cùm ſit facti. vt.l.1.& ibi Bal. C.de edict.diui Adria.tollen. ſed iſtud in renunciatione iuris, vt ibi: quia neq; renunciatio ſimplex nõ habens promiſſionem annexam, non obligat, vt per Bal. in.l. iubemus.4.oppo.C.ad Velleia. ¶Sed quæro.dici
2 tur hic, ꝙ † ſi mulier coniugata renunciauit lucra habita conſtante matrimonio, non tenetur ad debita: pone, quòd maritus multis debitis prægrauatus, poſt renunciationem factam ab vxore, peruenit ad pinguiorem fortunam: nunquid vxoris renunciatio noceat ei, vt amplius non poſsit habere partem lucrorum. Videtur ꝙ ſic, per iſtã.l. quæ clarè hoc ſentit. pro qua bene facit dictũ Bar. in.l.quia poterat. in fi.ff.ad Trebe. vbi dicit, ꝙ ſi duo ſunt ſocij mercantiæ, & vnus vult ire Venetiã, & alius contradicit, ꝙ ſi alius vadit ſuo periculo inuito ſocio, & multa lucratur, ꝙ ſocius contradicens non debet habere partem lucri. pro quo allegat.§.illud.inſti. pro ſocio. quod credo verum per iſtam.l.& in hoc non eſt dubium. ¶Sed Quæſtio
3 quære † quæ fuit ratio, quare in hoc mulier poterit præiudicari. Dic, ſecũdũ do.doc.de Pa.in repe.c.ꝑ veſtras.de dona.inter vi.& vxo.ſuper rub.col.210. ver.ex prædictis.ꝙ cùm iſta non ſint quæſita vxori quoad dominiũ, & ſic in quærẽdis poteſt præiudicari, licet non in quæſitis. Et hoc prædictus do.doc. in.d.repe.ſuper rub.col. 211.dicit eueniſſe ſuo tempore in regali audientia, ꝙ vir conſtante matrimonio, volebat emere vnam domum: vxor dicebat ſe nolle habere partẽ ipſius, & ſuper hoc fecit pactũ cum marito: deinde vxor volebat medietatẽ domꝰ tanquam acquiſitam conſtante matrimonio, hæres mariti obiiciebat pactũ inter eos initum: vxor dicebat illud non valere, eò ꝙ conſtante matrimonio donatio inter coniuges prohibita eſt. Sed ipſe cum aliis proceribus dicit approbaſſe pactum ſupradictum, & totam domum hæredibus mariti adiudicaſſe. nam licet ex hoc pacto maritus efficeretur locupletior, vxor non fuit facta pauperior. Ad quod allegat glo. quæ hoc videtur ſentire. in.c.2.de dona. inter vi.& vxo. verſi. non eſt aliud quod obſiſtat. dicit glo. ſcilicet pactum vel conſuetudo. Allegat etiã.l.ſtyli.201.quæ incipit. otroſi ſi el marido. quæ dicit, ꝙ ſi maritus eſt adminiſtrator bonorum alicuius, vel arrendator, vel collector vectigalium, bona vxoris ſuæ erunt obligata quemadmodũ bona mariti: niſi vxor à principio fuerit proteſtata, ſe nolle lucrum, nec damnum exinde prouenturum: tunc enim nec ſuſcipiet partem lucri, nec ſoluet partem damni.& ſic in ſupradicto caſu videtur dicendum, ꝙ vxor non haberet partem domus. Et hoc in terminis tenent do. de Rota in deciſionibus antiquioribus. titulo de pactis. deciſione.2. quæ incipit. conſuetudo eſt in quodam loco. ſecundũ Bar. qui illas deciſiones collegit. Et vltra hoc allegat iura, & rationes notandas, quas per te poteris videre. Dicit tamen, quòd ſi de pecunia cõmuni maritus emiſſet prædictam domum, vxor haberet medietatem pecuniæ, cùm eſſet cõmunis. ¶Profectò deciſio do. docto.de Pala.& aliorum, & ſenatorum regalis curiæ,

riæ, mihi videtur difficilis prima frõte: quia cũ mu
lier iſta ſit ſub poteſtate mariti, ſicut filiusfamilias,
qui eſt ſub poteſtate patris, habẽs bona materna in
cõmuni cum patre, contrahens cũ eo ſi lædatur, po
teſt ſubueniri: vel pupillus cõtrahens cum tutore,
vel adultus cũ curatore: ita & mulier iſta cõiugata
videbatur poſſe ſubueniri. ¶ Et ad iſtam.l. poſſet
reſponderi, ꝙ in caſu ipſius nulla fraus videtur fa-
cta vxori, nec deceptio: q̃a no apparet in caſu ipſius
de commodo, quod exinde poſſet vxori proueniri.
Secus videtur in emptione domus, vt docto. ſupra
dicti loquuntur, in qua bene apparet de cõmodo,
quia emptio eſt, & ideo cõmodũ. ¶ Sed quia non
eſt recedendũ à ſententia tantorum virorũ in qui-
bus hodie tota prudentia præfulget, poſſet dictum
eorũ ſaluari, & intelligi: ꝙ ſi is, qui volebat vẽdere
domũ, interrogatus de pretio, illud declarauit em-
ptori, ipſe tamen emptor certus, vel quaſi certus de
pretio, denunciauit vxori venditionẽ & pretium,
& ipſa reſpondit ſe nolle participare de prædicta
emptione, ſi ineat pactum inter eos, quia non vult
partẽ, valebit pactũ. ¶ Si tamẽ maritus certificatus
de pretio, vel quaſi certus, nihil dixit vxori de pre-
tio, ſed illud ſubtacuit, & vxor ſimpliciter aſſertioni
mariti reſpõdit ſe nolle participare de tali emptio-
ne, & tunc crederẽ (ſaluo iudicio meliori) ꝙ vxor
ſoluto matrimonio poterit agere, vt ei detur dimi-
dia domus ſupradictæ. ¶ Vel pone, ꝙ vendũtur
marito fructus alicuius beneficij, vel reditus gabel-
larum certo pretio, q̃ fructus apparẽt, & ſunt recon
diti in horreo, quod pretium eſt declaratũ marito,
& conſtat ſimiliter de fructuũ valore, & ſic de com
modo emptionis: ſed maritus nihil dixit vxori de
pretio, licet vxor ſit requiſita de emptione, ſed non
certificata de pretio, nec de lucro, quod exinde ſpe
ratur: quod ſoluto matrimonio poſſet petere partẽ
rei emptæ, vel lucri redituum decimalium. &c. Ad
quod probandum adduco ſequentia fundamenta.
¶ Primum, quia maritus iſto caſu videtur fuiſſe
in dolo, ex quo nihil dixit vxori de pretio: quod ſi
denunciauerat. & lucrũ pateſecerat, veriſimiliter
eſſet credendũ ipſam non deſtitiſſe ab emptione:
quia genus mulierum auariſsimum eſt, vt dixi in.l.
52. glo. 1. ſupra. & ſi tunc refutaret lucrum, vt ſtulta
deberet reputari. ¶ Et quòd dolus iſte noceat ma
rito, probatur argumento eius, quod notat glo. in.l.
quiſquis. C. de reſcindẽda venditione. tenet Ioan.
de Por. in.l. ſi quis cum aliter. ff de verborum obli-
gationi. ¶ Item occultando maritus pretium rei,
dicitur dolus velatus, quod committitur ſine vi ſi-
mulando. vt.l. ea quæ. §. fina. ff. de contrahen. em-
ptio. & iſte dolus dicitur interuenire re ipſa. & ex
propoſito. ſicut dicimus in dicta.l. ſi quis cum ali-
ter. ¶ Item probatur dolus iſte ex coniecturis ſu-
pradictis. ſecundum glo. in.c. finali. de renũciatio.
libro ſexto. &.l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba-
tio. &.l. qui dolum. C. de dolo. ¶ Item commiſit
dolum obſcurè loquendo, ideſt, eo modo quo non
intelligeretur ab vxore. propter regulam traditam
per Bal. in.l. fina. 14. quæſtione. C. de hære. inſti.
vbi dicit, quòd obſcurè loqui, eſt dolus. ¶ Itẽ pro-
batur dolus interfuiſſe propter.l. fina. & ibi Bal. C.
de litigio. vbi dicitur, ꝙ dolus eſt abſcondita men-
tis machinatio. & talis dolus non debet patrocina-
ri marito. vt.l. [illegible]erum. §. hoc quoq;. ff. pro ſocio. glo.
in.l. Titio. in prin. ff. ad municipa. tenet Bal. in.l. ſi
infantem. C. de lega. eſt textus in.c. ſuper literis. de
reſcript. vbi traditur iſta regula, quòd fraus, & do-
lus, non debent alicui patrocinium impartiri.
¶ Item dicitur in Spe. de reſcriptis præſen. §. ratio-
ne autem impetrantis. verſi. quid ſi impetrãs. quòd
dolus in principio adhibitus, debet nocere doloſo.
& iſte dolus in principio adhibitus videtur perſe-
uerare, etiam quando non eſt coniunctus cũ actu:
ſecundum glo. & Cinum in.l. ſi contra. C. de nup.
tenet Bald. in.l. 1. in fine. C. ſi quis ali. teſta. prohi.
¶ Item præſumitur dolus interueniſſe ratione oc-
cultationis pretij, & clandeſtinitatis contractus. vt
per Bal. in.l. error. tertia colũna. C. de iuris & fac.
igno. &.l. fina. ff. de ritu nup. ¶ Et maximè in re-
nunciationibus mulierum, in quibus præſumitur
dolus, ſi aſſerant ſe læſas enormiter. vt eſt gloſa. &
ibi Bal. in.l. cum poſtea. C. de pactis. ¶ Item præſu-
mitur dolus, ſi maritus dixit vxori mendacium in
pretio, ſi ſenſit lucrum ex eo. vt.l. eleganter. §. idem
Pomponius. & ibi Barto. ff. de dolo. & lege. nec
exemplum. C. de falſis. Bal. in lege. falſus. C. de fur
tis. ¶ Præſumitur etiam dolus ex parte mariti, ſi eſt
in ſecundo vel vlteriori matrimonio, & ex primo
habet filios, non ex ſecundo. argumen. eius, quod
habetur in Spe. de ſeu. §. 2. verſi. quintò quæritur.
¶ Et iſtud habet locum maximè inter maritum &
vxorem: quia cùm ſint ſocij diuinæ & humanæ do
mus, vt.l. aduerſus. C. de crimi. expi. hære. debet in-
ter eos ceſſare omnis dolus & fraus, nec licet eis do-
lo verſari. vt. d. §. hoc quoq;. ¶ Et hoc habito pro
conſtanti, quòd maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ
& humanæ domus. allego tibi ad hoc textum quaſi
in expreſſo in.l. 12. ti. 10. quinta partita. cũ qua con-
cordat lex. actione. §. diximus. verſi. quid ergo. ff.
pro ſocio. & inſti. eodem titulo. §. manet. vbi di-
citur, quòd ſi vnus ex ſociis renunciauerit ſocieta-
ti in fraudẽ alterius propter lucrum, quod de pro-
ximo ſperat conſequi, non liberatur à ſocietate, ſed
tenetur ſocio communicare partem lucri. Ita in ca-
ſu noſtro dicendum erit, præſuppoſito dolo, vt ſu-
4 pra dixi, non aliàs. Sed quæro † quo remedio iſtud
pactum doloſum, ſeu iſta doloſa renunciatio in- Quæſtio
fringatur. Dic quòd doli exceptione. vt lege cum
poſtea. Codice de pactis. Itaque ſi hæredes mariti
opponerent de pacto, vxor poſſet infringere pa-
ctum, vel renunciationem, doli exceptione, &
ſic conſequeretur medietatem rei emptæ, vel lu-
cratorum.

Adde

Adde. ¶ Item quæro, an contractus initus per dolum, valeat cõtra doloſum, volente aduerſario, qui nõ fuit in dolo. glo. notanda in. l. iuriſgẽtium. §. prætor ait. ff. de pactis. & l. in cauſæ. la. 2. poſt principiũ. ff. de mino. & l. elegãter. in princi. ff. de. dolo. tenent ꝙ ſic. Qđ eſt menti tenẽdum pro limitatione iurium, dicentium, ꝙ contractus dolo initus eſt nullus. ¶ Sed glo. in. d. l. iuriſgẽtium. limitatur, niſi lex reſiſteret cõtractui, in quo interuenit dolus, vt quia lex prohiberet contractum illum fieri, quia non valet in fauore illius, qui vult cõtractum valere. vt eſt tex. ſingularis cum glo. in. l. diuo pio. ff. de ritu nuptia. ſecũdum Bal. in. l. 1. C. plus vale. quod agitur. & in l. non dubium. 7. col. C. de legi. in. l. ea quæ. C. de dona. ante nup. & c. cum Inhibitio. de clã. deſpon. d ¶ Renunciare las ganancias. Nota ex lege iſta vnum caſum, in quo mulier poteſt renunciare iuri ſuo ſine licentia mariti. & eſt optimum ſcire ad legem. 57. ſupra.

Adde. ¶ Quæſtionẽ, quæ ſepenumero contingit. ¶ Maritus † alienat aliqua bo
5 na ſua ſtabilia cum conſenſu vxoris, & dicitur in inſtrumento, ꝙ vxor conſenſit dictę alienationi, & renunciauit ſuper dicta re vendita iuri hypothecæ, quã habet pro dote. quod quidem fieri poteſt per. l. iubemus. C. ad velleia. Et fortè iurauit non venire contra, aliqua ratione, & cauſa, renũciado omni legum auxilio. &c. modo euenit, ꝙ ſoluto matrimonio per mortẽ viri, ſuperſtite vxore, quæ videt virum non habere tãtum in bonis, ꝙ ſufficiat ad recuperandã dotem ſuam cõtentam in inſtrumento dotali, vult agere vxor contra illum tertium poſſeſſorẽ rei ſtabilis, quæ fuit ſui mariti, in qua ipſa vxor renũciauit iuri hypothecæ, quod facere poteſt per tex. in authẽ. ſiue à me. C. ad velleia. vbi dicitur, ꝙ tunc vxor excluditur, quãdo renunciauit iuri hypothecæ, vt non poſsit pro dote agere hypotecaria ſuper illa re, quando maritus habet alia bona, ſuper quibus vxori poteſt eſſe cõſultum ſuper dote recuperanda. ¶ Et ita procedit dictum Ludo. cõſi. 140. incipien hæc venditio rerum &. &c. ¶ Sed ſi non ſuperſunt alia bona. vxor, non obſtãte renunciatione hypothecæ, ſuper illa re poteſt agere actione hypothecaria pro dote. per dictam authẽ. ſiue à me. Ratio, quia renũciatio hypothecæ facta per mulierem, quando maritus non habet alia bona, importat donationem iurium dotalium. vt dicit Bar. in. d. l. iubemus. C. ad velleia quæ donatio non valet ſecundum Iaco. de Are. in l. meuia. §. fi. ff. ſolu. ma. Idem tenent ibi doct. & firmant Din⁹, Ofre. & Albe. de roſa. in. l. ſi pignus. ff de his quę in frau. credi. ¶ In cõtrarium videtur, & hoc verum ſine dubio, quãdo ſuper renũciatione interuenerit iuramẽtum: nam tũc etiam ſi nihil aliud habuiſſet, non poſſet venire contra iuramentum. vt dicunt canoniſtæ in. c. peruenit. de emp. & ven. & ibi glo. per. c. cum contingat. c. ſi verò. de iureiu. & c. licet. eo. ti. in ſexto. licet. glo. iuris ciuilis in authẽ. ſi qua mulier. C. ad velleia. dixerit contrarium. quę glo. per canoniſtas non tenetur. Et illam glo. non tenent Alex. & alij. in. d. l. meuia. §. fi. probatur. in. c. ex reſcripto. de iureiu. firmat Bald. in. l etiam. C. ad velleia. & in. d. authẽ. ſiue à me. ¶ Si tamen in contractu non interuenit iuramẽtum, ſed ſola renunciatio hypothecæ, & non ſunt alia bona mariti, ad quæ vxor poſsit habere recurſum, ſed pecunia illius rei venditæ peruenit ad mulierem, eſt dicendum, ꝙ in caſibus, in quibus poteſt fieri reſtitutio dotis vxori conſtãte matrimonio, de quibus p Alex. in. l. 2. in prin. ff. ſoluto. ma. & in. l. motus. §. manẽte. ff. de iure dotium. non põt vxor habere recurſum ſuper illa re, ſuper qua renunciauit, etiam ſi maritus nõ habet alia bona. hoc firmat Bar. in. d. l. iubemus. ¶ Secus quando eſſemus in caſu, in quo non poteſt fieri reſtitutio dotis conſtante matrimonio, quia tunc non obſtante renunciatione hypothecæ facta per vxorem in illa re, ſi non ſunt alia bona viri, poteſt vxor agere hypothecaria. dicta authẽ. ſiue à me. ¶ N. ſi probetur, ꝙ vxor eſſet effecta locupletior. per tex. in. l. pro rata §. 1. ff de religio. & ſumpti. fu. & in. l. fi. ff. de iure dotiũ. & in auth. de nuptiis. §. dotes. colla. 4. pleni⁹ quàm alius An. Sicu. in. d. c. peruenit. de emp. & vendi. qđ adde ad ea, quæ dixi in. l. 61. infra. in glo. ſuper
6 parte. ſi ſe prouare. ¶ Sed pone, † ꝙ ſunt duo rei obligati in ſolidum pro reſtitutione dotis, videlicet maritus, & alius: maritus vendit rem ſuam cum conſenſu vxoris, & renunciatione hypothecæ ſeu dotis, ſiue iuramento. & ſoluto ma. per mortem viri nihil ſupereſt in bonis viri, ſuper quibus vxor poſſet conſequi dotem ſuam: eſt dubium, an poſſet vxor agere hypothecaria ſuper dote ſua ſuper re illa, ſuper qua renunciauit iuri hypothecæ per dictam authẽ. ſiue à me Et videtur ꝙ non, quia poteſt eſſe conſultũ vxori ſuper bonis correi in ſolidum obligatis, per rationem dictæ authẽ. & pro hoc videtur tex. in. l. ſi plures. §. præterea ſi quæramus. ff de fideiuſſo. vbi tex. definit ꝙ nõ dicitur quis eſſe non ſoluendo propter defectũ proprię ſubſtãtię ſi ſunt facultates alterius correi ad idẽ debitũ obligati. ¶ Propterea iſto caſu non habet locum diſpoſitio tex. in. d. authẽ. ſiue à me. ¶ Retentis eiſdẽ ter-
7 minis, quid dicendum † ſi vir tempore alienationis rei ſuæ ſtabilis cum conſenſu vxoris, & renunciatione hypothecæ iurium dotalium habebat alia bona mobilia & immobilia, ſed tẽpore, quo dos debuit reſtitui vxori, nõ erant alia bona mobilia. vel ſtabilia viri, de quibus poſsit fieri reſtitutio dotis vxori: vtrum vxor poſsit habere regreſſum ad alia bona alienata, ſuper quibus renunciauit iuri hypothecæ dotis. Pau. de Ca. in. l. meuia. §. fi. ff. ſolu. matrimo. tãgit hoc dubium. & dicit, Aduerte tamen, ꝙ ſufficit, ꝙ tempore renũciationis ſupereſſent tot alia

Limita.

alia bona, quot ſufficerent ad dotem, licet poſtea deſinant eſſe.per.d.c.peruenit.de emp.& vend. Et dicit Pau.de Ca.quòd hoc habuit de facto. Et quæ rit Pau.de Ca.vbi ſupra. quis probabit,quod tempore renunciationis erant vel non erant alia bona ſufficientia ad dotem. Et ibi decidit, ꝙ mulier. Sed Io.de Imo.in d.c.peruenit.in glo.4 col. dicit,ꝙ non ſufficit, ꝙ tempore factæ alienationis vir habuerit alia bona vnde mulieri poſsit conſuli.imò requiritur,ꝙ etiam tēpore, quo agitur, ſit in facultatibus viri.Et iſta opinio mihi videtur verior per.d. authen. ſiue à me. ſanè intellecta,& hoc fauore dotis,quicqd dixerit An. Sicu.in.d.c.peruenit. præterquam in caſu,quo mulier deberet lucrari bona mariti ex forma ſtatuti. Et iſto caſu deberet ſeruari, quod And. Sicu. in.d c. peruenit. per.l. cum vir. ff. de vſuca. & per ea quæ ipſe Siculus dicit in. d.c. peruenit.in fine.

que el marido ouiere hecho durante el matrimonio.

¶ Ley.lxj.

DE aqui adelan-

Summarium.

1 *Mulier quibus caſibus poſsit obligari.*
2 *Conſtitutio,an,& quando extendatur ad præterita.*
3 *Maritus,an poteſt obligari pro vxore.*
4 *Mulieris cōiugata cōtractus ſine licētia mariti, an ſit nullus.*
5 *Debitor prīcipalis an ſit liberatus,cùm alter obligatur pro eo.*
6 *Mulier de licentia viri,an poteſt pro alio fideiubere.*
7 *Mulier pro ſe ipſa an pro alio poteſt fideiubere.*
7 *Obligati in ſolidum,an dicantur duo rei debendi.*
8 *Mulier quando tenetur ad debita per virum facta.*
9 *Mulier an poteſt obligari pro debito verſo in vtilitatē ipſius.*
10 *Mulier quæ confitetur aliquid verſum fuiſſe in ipſius vtilitatem,an præiudicet ſibi.*
11 *Metus quanto præſumitur.*
12 *Metus quanto tempore præſumitur durare.*
13 *Metus præcedens actum,an præſumitur ſemper durare.*
14 *Authorans actui nullo,an tenetur ad intereſſe.*
14 *Confeſsio facta coram iudice & in forma iudicij, an præſumatur libera.*
15 *Vir & vxor vendentes prædium viri, & pretium recipientes,mortuo viro vxore petente dotem,an fiat compenſatio medietatis pretij ſoluti.*
16 *Impenſa in rebus dotalibus facta,an minuant dotem.*
17 *Vxor vendens fundum dotalem cum viro ſuo,& recipiēs bona ſtabilia maioris æſtimationis,an mortuo viro poſsit recuperare fundum dotalem venditum.*
18 *Filius exhæredatus à patre, cui aliquid in teſtamento reliquit,illud recipiendo,an videatur teſtamentum approbare.*
19 *Metum an excuſet & purget ſpontanea ſolutio.*
20 *Metus,an,& quando excuſet mulierem.*
21 *Mulier,an teneatur ſtare locationi factæ de re ſua mortuo viro.*
22 *Locare an poteſt totam rem,qui habet partem in ea.*
23 *Maritus quando tenetur alere vxorem.*
24 *Vxor,an,& quando debet alere maritum.*
25 *Maritus quando dicatur pauper. Et qualiter paupertas debeat probari.*
26 *Mulier quando poteſt vendere bona ſua propter debitum viri.*
26 *Actus qui non valet ſine iuramento,an firmatur iuramento.*
27 *Maritus an tenetur adhibere medicos ad ſanandum vxorem infirmam.*
28 *Maritus ad petitionē conſanguineorum an poteſt compelli vt curet vxorem ægram.*
29 *Maritus an tenetur alere vxorem in caſu, quo pater reliquit filiæ vſumfructum ante matrimonium, ex quo poſſet ali.*
30 *Obligati in conceptione verborum. & vno momento,an dicantur obligati a mancomun.*
31 *Maritus & vxor obligati vnus poſt alium,an dicantur obligati a mancomun.*
32 *Obligatio mariti & vxoris, an æquiparetur obligationi patris & filij.*
33 *Duo obligati pro pecunia,quæ peruenit ad vnum tantum,quis eorum debet prius conueniri.*
34 *Promittens ſoluere quod alter eſt obligatus,an ex hoc liberetur principalis debitor.*
35 *Plures debitores ſimul & in ſolidū obligati,ſi aliqui illorum condemnantur,an debeat executio fieri contra omnes.*
36 *Contractus ſimulatus qualiter cognoſcatur. Et quādo noceat ſimulatio.*
37 *Prohibita conductione cameræ,an videtur prohibita cōductio fructuum.*
38 *Prohibitum,an poſsit aliquo colore attentari.*
39 *Mulier coniugata minor,an,& quando poteſt obligari pro reditibus regalibus.*

DE aqui adelante. Mulier † cum marito fideiubere non poteſt,neq; ſe obligare: licet dicatur ꝙ debitum ſit conuerſum in eius vtilitatē,niſi hoc probetur,quia tunc pro rata vtilitatis tenebitur.niſi illud ſit de his,quæ maritus tenetur vxori.Si tamē mulier ſe obligat cum marito pro debito fiſcali,tenetur ad ſolutionem debiti.hoc dicit. ¶ Diuiditur iſta.l.in ſex partes. ¶ In prima,ponitur regula prohibitiua. ¶ In ſecūda,eam extendit. ¶ In tertia,ponitur alia regula etiā prohibitiua. ¶ In quarta.ponitur ad eam caſus fallētiæ. ¶ In quinta,dicta fallentia limitatur. ¶ In ſexta,prima regula cum ſuperiorib9 limitatur. ¶ In prima dicitur,ꝙ mulier non poſsit obligari pro marito. ¶ In ſecūda extendit,licet dicatur,ꝙ debitum in cōtractu deductum fuit verſum in vtilitatē vxoris. ¶ In tertia dicitur, ꝙ neq; poteſt ſe obligare vnà cū marito,nec ſeorſum. ¶ In quarta dicitur hoc eſſe verum,niſi probetur,ꝙ debitum fuit conuerſum in vtilitatem mulieris,quia tūc tenebitur pro rata vtilitatis. ¶ In quinta iſtud limitatur, niſi vtilitas ſit talis,ad quam maritus tenetur, putà, pro victu & veſtitu. &c. quia tunc non tenetur. ¶ In ſexta dicitur, ꝙ ſi mulier ſe obligauit vt principalis,vel vt fideiuſſor cum marito in reditibus regalibus,tenetur.quod eſt notandum,

dum, quia iſto caſu quoad principem nō cenſetur priuilegiata. Iſta lex habuit ortum ab auth. ſi qua mulier. C. ad Velleia. & a.l.13. titu. de las deudas. fo. le. Et quanuis iſta lex dicit. de aqui adelante. nō propterea iſtud eſt ius nouum, ſed antiqua diſpoſitio imperatorum: quę dicet poterat allegari pro ratione, non tamē pro authoritate, vt di xi i lege prima ſupra.

te la muger [e] no ſe pueda obligar [f] por fiadora [g] de ſu marido [h], aunque ſe diga

2 Et nota inquantum dicit. de aqui adelante. ꝙ diſpoſitio iſtius legis non ad præterita, ſed ad futura extēditur. cōcordat in hoc. c. ſi. et ibi notat Abb. & cōmuniter ſcribentes. de conſtitutio. & l. ſi. in fine. C. ſi certum peta. & authē. de inſtru. cau. & fide inſtru. §. ſi. collatio. 6. & l. 200. ſtyli. tenet Bar. in l. omnes populi. 5. q. princi. 17. col. ver. circa tertium. ff. de iuſti. & iu. & l. illicitas. in princi. ff. de officio præſi. facit l. anenuimus. et ibi Bal. circa medium. C. de legi. hære. idem Bal. in l. i. 6. locum. C. de cadu. toll. Quod eſt verum, etiā ſi ratio ſtatuti poſſit trahi ad præteritum. tenet Bal. in l. teſtium. 6. nota. C. de teſtibus. & in l. comparationes. vltimo notabili. C. de fide inſtr. vbi dicit. ꝙ probandi forma trahitur ad futura, non præterita. Item non trahitur ad cauſas pēdentes, vt tenet Bar. in d. l. omnes populi. 2. q. 5. prin. 17. col. ver. circa tertium. Ratio quare conſtitutio reſpicit futura non præterita, colligitur ex tex. in c. 2. de conſtitutio. videlicet, ne aliqui puniantur ſine cauſa, qui ante editam legem actum geſſerunt. & hanc dicimus eſſe legis naturā, vt adaptetur futuris, non præteritis. Ideo dicimus, ꝙ ſi verbum prolatum à lege nouà poteſt adaptari futuris, & etiam præteritis, ꝙ capimus intellectum vt comprehendat futura, non præterita. de hoc eſt glo. ſingu. in l. cum tale. §. falſam. ff. de conditio. & demō. quam glo. pro ſingu. allegat Bal. in l. leges. C. de legi. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum loquatur implicatiue ad præterita & futurā, propter verbum ſubiunctiui modi accipitur in futurum. de quo etiā habes glo. in c. 2. de conſtitutiō. li. 6. Quando verò lex vel conſtitutio reſpiciat futura tantum, & quando extendatur ad præterita, vide plenè per docto. & And. Sicu. in d. c. ſi. de cōſtitu. 6. col. ver. no. ꝙ conſtitutio. vſq; in finem. per 8. col. & ibi plenius per Feli. & vltra eos vide tex. & Bal. in c. i. in princi. epiſcopum vel Abb. vſi. feu. vbi dicit, ꝙ decretum papæ non afficit præteritos caſus, nec actos cōſummatos: ſi tamen actus nondum eſt conſummatus, licet conſtitutio non trahatur retro ad cōtractus iam celebratos, vt ſupra dicitur; extēditur tamē ad actus futuros ex contractu præterito. Quia cauetur lege vel ſtatuto, ꝙ nullus portet veſtes ſirici, vel pannos de eſcarlata: ꝙ licet ſtatutum nō extendatur ad veſtes iam factas. extenditur tamen ad hoc, vt nullus portet eas in futurum: & iſto modo quo ad vſum veſtium, ſtatutum extenditur ad veſtes iam factas, ne deinceps portentur. Sic etiam dicimus in contractibus, & teſtamentis factis ante legem, vel ſtatutum, & ad cauſas: quia licet lex, vel ſtatutū, non extendatur ad cauſas iam deciſas, extēditur tamen vt decidantur cauſæ præteritæ, ſuper quibus ventilatur, non poſt legem, vel ſtatutū per ipſam legem vel ſtatutum ſatū poſt, & ante quā iudicium eſſet de ea. glo. eſt notāda in cle. 2. de vita & honeſt. cle. in parte, vtitur. & in cle. 2. de ætate & quali. in parte, in poſterum. in fine & in cle. vna. de teſta. quæ eſt glo. 2. de quo eſt hodie tex. in data iſtarum legum. ibi, dū dicit. & cauſas que de aqui adelante. &c. vbi dixi. Quod facit pro conſtitutione olim facta per catholicos Reges noſtros in ciuitate Granatæ. 30. die menſis Octobris. anno Domini 1499. appoſita in pragmaticis regni. fo. 174. Vide etiam in materia Bal. in rub. C. de vſuris. 1. col. ver. quæritur hic. vbi dicit, quid ſi epiſcopus facit nouam conſtitutionē pœnalem contra vſurarium, vtrum trahatur retro ad cōtractus celebratos. Et diſtinguit. an pœna imponatur contrahenti. Primo caſu dicit non habere locum in contractibus præteritis. ſecundo caſu ſic. Sed Andr. Sicu. in d. c. ſi. 7. col. ver. glo. hic colligit. de conſtitutio. tenet contrarium, ratione viua, vt ipſe inquit. Quia ſi conſtitutio non extenditur ad præterita, eſt ne aliqui puniantur ſine cauſa, qui ante editam legem actū geſſerunt. per. d. c. 2. de conſtitu. ſed vſurarius eſt iure diuino prohibitus exercere vſuras, ideo ſi nunc fit cōſtitutio ſuper vſuris, & contra vſurarios, comprehendit etiam vſurarios præteritos: quia ante conſtitutionem epiſcopi ſunt prohibitæ vſuræ, & actū vſurarium geſſerunt, cùm de iure diuino prohibeantur vſuræ. & quanuis ratio iſta ſit vera, attamen non eſt ſufficiens ad tenendum contra Bal. in dicto loco. Quapropter ego dico, ꝙ ſi conſtitutio epiſcopi ſuper vſuris, vel contra vſurarios; nihil addit iuri diuino, vel iuri antiquo, ꝙ tūc procedet dictum Andr. Sicu. vbi ſupra: quia tunc vſurarius non exercet vſuras ante prohibitionem iuris diuini, vel ante prohibitionem iuris canonici, licet exerceat vſuras ante conſtitutionem epiſcopi, & ita non exerceat actum ante legē. Si tamen per conſtitutionē epiſcopi additur pœna maior contra exercentes vſuras, prout leges noſtri regni imponunt propter criminis enormitatē, vt habetur per totum titulum, de vſuris. aliàs, de las vſuras. ordina. tunc qui vſuras exercuerunt ante leges ſupradictas, vel conſtitutiões. non puniuntur pœnis contentis in eis: quia noua, nouæ leges dicūtur, ex quo nouam pœnam imponunt. & tunc poteſt procedere dictum Bal. Et quanuis putaui iſtā rationem nouiter à me adinuentam. poſtea proſpexi Anto. de Bu. & And. Sicu. in d. c. ſuper alia quæſtione. 2. col. & quaſi videntur idem ſentire, & allegat

Extēſio.

Contra.

Solutio.

legat iura per me adducta, vide ibi per eos. Et adde. l.fi. vbi bonus. tex. titu. 14. tertia partita. glo. & doc̃o. in. c. vno. de poſtula. prçla. libro. 6. in parte. de cætero. quæ dicit, ꝙ cõſtitutio antiqui iuris declaratoria non trahitur ad præterita, quando habet in cõtrarium communem opinionem, & communem prudentiam. Et idem dicit glo. in. c. 1. de cleri. non reſiden. Tene tamen, vt ſupra dixi, hoc intelligi in pœnalibus cauſis: ſecus in cauſis ciuilibus, quia iſtæ deciduntur per has leges, licet euenirent, & eſſent ante has leges, prout habetur ſuper data iſtarum legum, & ibi dixi.

[i] y alegue q̃ ſe conuertio la tal deuda en ꝓuecho de la muger.

Adde. ☞ Et vide ad ſupradicta do. Ioã. And. & Domini. in c. perpetuo. 1. col. nu. 4. de cenſi. in ſexto. vbi dicunt, quòd quando papa, vel rex, per viam declarationis approbat vnam ex opinionibus contrarijs, talis approbatio videtur trahenda ad præterita. ¶ Quapropter ſi per has leges, vel per aliquam ipſarum, reperiretur aliqua lex antiqua, vel doctorum opinio approbata, & veniret caſus antiquus decidendus, deberet iudicari & decidi ſecundum ius antiquum, non vi antiquæ diſpoſitionis, ſed nouæ legis approbatione. ¶ Et vide Bal. in. l. nõ dubium. 1. colu. C. de legi. vbi dicit per illum tex. quòd quãdo lex procedit interpretando, vel declarando, porrigitur non ſolũ ad futura ſed etiã ad præterita. Et idem dicit tex. & ibi ſcribentes in. l. legis virtus. ff. eo. ¶ Vnde dicit Ioan. And. in. c. vltimo. de verbo. ſigni. li. 6. in nouella, ꝙ in plus ſe habet declaratio, q conſtitutio. quia declaratio reſpicit præterita, conſtitutio ſolum reſpicit futura, vt ſupra. Idem dicit tex. in authẽ. de filijs ante dotalia inſtrumẽta natis. §. vltimo. colla. 3. & ibi in glo. ordina. ¶ Vnum tamen teneas menti, quòd dato caſu, quòd extendatur ad præterita, eſt verum, præterquàm ſi cauſa pacto vel tranſactione eſſet finita, quia tunc non extenditur ad præterita. tenet Georgius natã in repe. c. quanuis. colu. 42. in verſi. 25. quęro. de pactis in. 6. qui allegat plura ſuper hoc. & col. 54. in fine. ver. 24. cum ſequenti.

3 e ¶ La muger. Maritus † tamen pro vxore poteſt obligari, tenet Bal. notanter in. l. 3. ſi. verbis. C. ne vxo. pro mari.

f ¶ Obligar. & ſi obligatur, iuuatur beneficio iſtius legis, quemadmodum iure imperatorum iuuabatur beneficio velleiani. vt habetur per totum titulum. ff. C. ad velle. de quo beneficio fit mentio in. l. 2. & 3. ti. 12. quinta partita. ☞ Intellige, ꝙ tunc iuuatur beneficio iſtius legis, & beneficio velleia. ſcilicet ope exceptionis, quando mulier inſtrumẽto tribus teſtibus ſignato, vel ſubſcripto fideiuſsit: ſi tamen fideiuſsit ſine ſcriptura, mulier tuta eſt ipſo iure beneficio legis antiquæ. §. fi. C. ad velleia. de quo per glo. in. d. l. 2. ti. 12. quinta partita.

Adde. ☞ Et ratio quare mulier coniugata nõ poteſt obligari. Primò, quia ſexus mulierum fragilis eſt, & faciliter poſſent decipi, & perdere dotes ſuas. dixi in. l. 55. glo. 1. ver. 3. ſupra. ¶ Quæro. dicitur hic. no ſe pueda obligar an† ſi obligetur, obligatio ſit nulla. Aduerte, quia nihil ſuper hoc iſta lex dicit licet colligitur ex verſi. ſequenti. attamen licet hoc non dicat, videtur contractum anullare. Qõ.

4 ¶ Y anſi miſmo mãdamos, q̃ quando ſe obligare amãcomũ[k].

¶ Nam dicit Bal. in. cap. cum ſpeciali. de appella. quem refert & ſequitur ibi Præpoſitus. 1. col. & 1. nõtabi. quòd lex ſub pœna aliquid prohibens non tamen anullans actum, dicitur prohibitiua, & proprie inducit anullationem. vt. d. l. non dubium. C. de legibus. faciunt notata, & quæ habentur in. c. generali. de elect. in ſexto.

g ¶ Fiadora. Sec⁹ ſi donat, vel aliquid ſoluit. quia tunc non iuuatur beneficio iſtius legis, nec beneficio velleia. vt. l. ſi ego. & . l. quanuis. §. interdum. ff. ad velleia tenet Pau de ca. conſilio. 14. Iuuatur tamen beneficio. l. 55. ſupra. vbi prohibentur mulieres contrahere in iudicio, & extra, & per conſequens donare, nec aliquid ſoluere. prout ibi dixi. ¶ Sed quia in glo. ſupra proxima dixi quãdo mulier iuuatur ipſo iure beneficio Velleiani, & quando ope exceptionis. adde glo. & Cinũ in. d. l. antiquę. §. fi. & in authẽ. ſi qua mulier. eo. ti. glo. & Bar. in. l. quæ fuerit. ff. de repndi. & quę notantur in. l. 3. ff. de fideiuſſo. & in Spe. de actio. & obli. §. 1. verſi. in primis. & ſequenti. in prima forma.

5 **Adde.** ☞ Et nota, ꝙ † licet quis ſe conſtituat ſoluturum id, quod alter eſt obligatus, & debitor, propter hoc ipſe principalis debitor non eſt liberatus ita dicit glo. notãda in authẽ. de fideiuſſo. colla. 1. ¶ Item nota vnam quęſtionẽ, quam in facto habui in materia iſtius legis ¶ Quatuor vel amplius ſimul & inſolidum ſe obligauerunt in ſyndicatu cuiuſdã prætoris: conuẽti duo aut vnus tantũ ex obligatis quia diuites erãt pro tota ſumma cum proteſtatione ꝙ vnius ſolutione creditor erit contentus. fuit lata ſententia, et illi duo cõuenti cõdẽnati in tota ſumma appellauerũt à tali condẽnatione. & in proſecutione appel. curia catholicorum regũ Hiſpaniæ, vbi propoſuerũt cõdẽnati, ꝙ in prima ſententia fuerunt condẽnati nõ de iure. per. l. 1. C. ſi plures vna ſententia fue. cõ. licet ſimul & in ſolidũ fuerũt obligati, ꝙ oẽs quatuor vel quinq; tenẽtur pro rata ſua. Quia licet talis originalis obligatio fuit in ſolidũ, tamẽ illa. quę oritur ex ſentẽtia, non eſt ſic, ſed quilibet videtur condẽnatus pro parte. niſi contrariũ iudex dixerat in ſententia, vt declarat Pau. de ca. ibi. ſicq; iſti debitores ex quatuor vel quinq; condẽnati, cenſentur cõdem- Nota.

 nati

nati,ꝑ rata, habito reſpectu ad omnes quatuor vel quinq;,& non reſpectu ipſorum duorum conuentorũ,Replicabatur ex parte creditoris, ꝙ d.l.1.non dicit, ꝙ alij debitores inſolidum obligati non fuerunt conuẽti,ſed loquitur quãdo omnes debitores inſolidũ obligati fuerunt conuenti,tunc ſi ſimpliciter condemnatur, intelligitur pro rata. Super quo dictum conſilium catholicorum regum decreuit, ꝙ illi duo debitores condẽnati ad dictos centum aureos intelliguntur condẽnati pro rata,habito reſpectu ad quatuor vel quinq; obligatos, & nõ pro rata ipſorum duorum condemnatorum ad dictos centum aureos. Quia licet alij debitores non fuerunt vocati in iudicio,tamen illi nõ vocati nullã habẽt defenſionẽ,vt pro rata non teneãtur, & omnes in virilẽ cenſentur condẽnati. vt dicit tex.in.l.ſi qui ſeparatim.§. quotiens ff.de appella.& ſic interpretata prima ſentẽtia per dictos duos de ſenatu catholicorum regum Hiſpaniæ licet dictos duos condemnaſſet primus iudex ad centum aureos, vt intelligeretur dicta prima ſentẽtia pro rata reſpectu omniũ obligatorum. Et ſic facta fuit executio contra illios duos pro rata, habito reſpectu ad omnes quatuor vel quinq; obligatos ad dictam ſummam centum aureorum. Sed contra illos alios duos non citatos,nec vocatos non potuit fieri executio,quia non fuerunt condemnati,nec habuerũt ſcientiam huius litis iuxta notata. in.l.ſæpe.cum materia ſua.ff.de re iudi.bene tamen creditor poterit agere de nouo contra quem vellet in ſolidum obligatum,vt ſibi ſoluat integrum debitum ſecundum glo. & Pau.de Ca.in.d.l.1.C. ſi plures vna ſenten. ¶ Verum tamen eſt, ꝙ ſi cõtractus eſt guarentigiatus,poterit creditor contra reliquos duos vel tres petere creditum ſuum per viam executionis pro reſiduo debiti. ¶ Et nota iſtam deciſionem,quia eſt noua,& illam menti cõmenda pro l.3.ti.12.libro quinto ordi.

marido y muger en vn cõtrato o ẽ diuerſos que la muger no ſea obligada a coſa algũa. ¶ Saluo ſi ſe ꝑuare q̃ couertio la tal

h ¶ De ſu marido.concor.authẽ. ſi qua mulier.C

6 ad velleia.cũ aliis. ¶ Adde,ꝙ † neq; pro alio poteſt fideiubere.vt habetur quaſi per totum.ff. & .C

7 ad vellei. ¶ Sed quo.† nũquid de licentia viri poſſit mulier fideiubere pro ſe vel ꝑ alio. Tex.dicit ꝙ ſic in.l.13.ti.delas deu.y de las pagas.fo.le. &.l.5.ti. de los fiadores.eo.foro. ¶ Sed hoc non eſt indiſtincte verum.nam ꝑ ſeipſa põt fideiubere. vt.l.de die §.qui mulierẽ.ff. qui ſatiſ.cogan. ſed ꝑ alio etiã de licẽtia viri nõ poſſet fideiubere, nec obligari. ¶ Et primò ad hoc tenẽdũ me mouet illa regula gñralis, qua dicitur,mulierẽ nõ poſſe ꝑ alio fideiubere.de qua in.l.2.in fine.&.l.3.in prin.ti.12. quinta partita cũ ſimi. ¶ Secũdò ad hoc facit ſingulare dictũ Bal. in.l.cum nõ ſolum.§.neceſſitate.pe.col.ver.quæro nunqd in obligatione.C.de bonis que libe. vbi dicit,ꝙ licet pater conſentiat filiæ ſuæ ꝙ fideiubeat, nõ valet talis fideiuſſio.quia non remouetur ſexus per conſenſum paternũ. ¶ Ad quod bene facit.d. l.2.titu.12.quinta partita.in fine. in quãtũ dicit,mulieres non debere fideiubere pro aliquibus, ne ſuper fideiuſſione cõtẽdentes in iudicijs, ſe immiſceant hominibus contra pudicitiã & honeſtatem ſuam. quæ inconuenientia non euitantur propter conſenſum maritorum. ¶ Tertiò facit alia ratio,de qua in.d.l.3. in parte. q̃ el derecho.quia ius quod habent mulieres ſuper ſi deiuſſoribus,non fuit vt fraudibus patrocinentur, ſed propter fragilitatem & ſimplicitatem earundẽ. propterea conſenſus maritorum non habilitat eas ad fideiubendum pro alijs,ſicut neq; pro viris ſuis vt in.l.iſta. ¶ Quartò facit.l.ſi.§.1.cũ ibi notatis per doctor.ff.de verbo.obli.vbi dicitur,ꝙ ſi tractatur de aliquo, ex quo damnum vel commodum poteſt ſequi mulieri,tunc nõ ſufficit patris authoritas ad validationem actus.Si tamen ſit aliquod iniquum, ex quo dãnum non cõmodum poteſt ſequi mulieri,tunc nõ ſufficit patris authoritas iuxta contractũ mulieris.Idẽ dicendum erit in marito:qui,contracto matrimonio,tenet locum parentis.vt.l.ſi.ti. de los pleytos que deuen valer o no.fo.le.&.l.54.cum tribus ſeque.ſupra. ¶ Quintò facit,quia ratio quare vxor prohibetur fideiubere pro marito militat in fideiuſſione alterius cuiuſcunq;,vt colligitur ex notatis per doctores in.d. authen.ſi qua mulier. ¶ Sextò,quia ſi mulier de licentia mariti poſſet fideiubere pro alio,licet non pro marito,eſſet aperire viam, per quam mulieres coniugatę, pro viris ſuis poſſent obligari,interponẽdo ſub fiducia perſonam alterius,& ſic fieret fraus de perſona in perſonam,contra ea,quę dicit Bal.in.l.non dubium. 3. col.in fine.verſi.ſecundo modo. C. de legi. ¶ Propterea tene,ꝙ non ſolum pro marito, ſed neq; pro alio mulier coniugata fideiubere non poteſt. ¶ Niſi in vtilitatem mulieris coniugatæ conuertatur fideiuſſio. ¶ Vel pro facto proprio.vt. l. iſta. quia ſi prohibetur fideiubere pro marito ſuo, à fortiori nec pro alio.

i ¶ Aunque ſe diga.quia non aſſertioni,ſed probationi ſtandum eſt.l.non nudis.& leg. actor.cum alijs. C.de proba.

7 k ¶ Mãcomũ † ideſt,tanq̃ duo rei principales debẽdi.idẽ & à fortiori ſi mulier cõiugata cũ marito obligaretur inſolidũ. qa ſi ꝑ pte,quod eſt qñ obligatur a mãcomũ.non põt obligari pro toto,ꝙ eſt in ſolidũ.arg.tex.in authẽ.multo magis. C. de epĩs & cle.de quo p Bar.in auth.ſi qua mulier. C.ad Velleia.et ibi Bal. & in auth.hoc ampli⁹.p.co.C.de fidei co. et ĩ addi.ad Spe.de obli.et ſol.ver.vxor nõ põt. et ibi Spe.ver.ſed põe vir.et i.ti.d actio.& obli.§.1. verſi.

verſi.poteſt vir. ¶Ratio quare non poteſt obligari cum viro eſt, quia pariter obligata cum viro cenſetur non principalis, ſed fideiuſſor, vel interceſsiſſe pro viro, vt ibi. ¶Et ꝙ duo ſimpliciter obligati teneantur pro dimidia, habes tex.in.l.2.titu. delas deudas.ī ordina. ¶Sequtur ergo ex.l. iſta, ꝙ ſi mulier obligata cū marito nō tenet ad ſolutionē multo fortius ſi non expreſſe obligata, quia expreſſum magis operatur, quā tacitū, & magis obligatio expreſſa, quā tacita.vt.l. aſsiduis.cum pluribus alijs. C.qui potio.in pigno. ha. ¶Perquod videtur corrigi.l.14.ti. delas deudas.fo.le.vbi ad literam.l.dicit. ꝙ omne debitū per maritū & vxorē factū debet ſolui de bonis vtriuſq;:quia ſicut cōmuniter fuit factū, cōmuniter debet ſolui.vt ibi. ¶Et ꝙ mulier non teneatur pro debito contracto per virum, eſt in expreſſo. tex. in. l. 3.ti. delas deudas.in ordina.&.in. l.ſupra proxima, vbi

deuda en ꝓuecho della, ca eſtonces mādamos que por rata dl dicho ꝓuecho ſea obligada. ¶Pero ſi

8 dicitur, ꝙ † mulier non tenetur pro debito contracto per virum, niſi in caſu, quo vxor vellet partem de acquiſitis conſtante matrimonio. Et iſto caſu poteſt ſaluari.d.l.14.ideſt, quando mulier vult partem de acquiſitis, non aliàs.

9 l. ¶Si ſe prouare. Ex quo ſeqtur, ꝙ † altera pars debet ꝓbare verſum eſſe in vtilitatē vxoris, vt ipſa teneatur.pro quo facit.l.prædiorū.& ibi docto. & Bal.C.de prædijs mino. ¶Quod eſt verū in caſu iſti⁹ legis.i.quādo contract⁹ non tenet, tunc verò vxor non tenetur aliquid probare, ſed is, qui dicit verſum in vtilitatē vxoris.ſi tñ contract⁹ tenet, eſt

10 ſecus, vt per docto.vbi ſupra. ¶Sed pone ꝙ † mulier cōfitetur verſum eſſe in vtilitatē ipſius, an ſufficit. Videtur ꝙ ſic per.l.antiquę.§.ſed ſi quidē. C.ad velle.& bene facit.quia cōfeſſio habet vim probationis, & probationis releuatio.vt tenet Ioā.And. et Abb.in rubrica de probatio.2.col.verſi.ſecundo opp. ¶Cōtrariā ſentētiā tenet Bal.in.d.authē.ſi qua mulier.1.col.ver.probetur.qa iſta confeſsio eſt ex cōſequētia inanis cōſenſus.vñ dicit, ꝙ ſicut nō pōt renūciari dictа authē.ita nec poterit confiteri. quia inter prohibitos prēſumitur cōfeſsio ſimulata.vt.l. qui teſtamento.ff.de probatio. ¶Si tamen mulier coram iudice in forma iudicij confiteretur pecuniam verſam in vtilitatem ſuam, credit Bal.in.d. authen. ſi qua mulier.quòd valet talis confeſsio, aliàs non, prout dicimus in cauſa liberali.vt.l.nec ſi volēs.&.l.cum affirmes &.l.iubemus. C.de li.cauſa.

fidem. ¶ Nota etiam, ꝙ in præſcriptionibus titu-
lus & bona fides debet allegari,aliàs ſi non allega-
retur,non præſumitur. Hoc voluit Bal. in.c.ſi quis
per triginta.ſi de feu.fue cõtro.inter domi.& agna.
vaſſal. vſi.feu.& in.l.ſuper longi.2. colũ.C. de præ-
ſcrip.lon.tempo. per.l. ſi adulterium cum inceſtu.
§.idem pollioni.ff. de adulte. tenuit Alex.2. volu.
conſilio.76.2.colũ.& conſilio.136.6.colum. & in.3
volu.conſilio.69.2.colum. Felinus in.c. cum ordi-
nem.8. colũ. de reſcrip. Alexan. in.l.à diuo pio.§
ſi ſuper.ff.de re iudi.licet Archidia. teneat contra-
rium in.c.epiſcopum.de præben.in ſexto.do.Abb.
in.c.ſi.8.colũ de præſcrip. quorum opinio non te-
netur, vt videri poteſt per Alexan. in d.§. ſi ſuper.
53 ¶ Et tene perpetuò, quòd † ſi per inaduertentiam Nota.
vel imperitiam aduocati non fuit bona fides alle-
gata in proceſſu vſq; ad concluſionem in cauſa,
poteſt alegari poſt concluſionem tempore diſpu-
tationis proceſſus. tenet notanter domi. Anto. de
Butrio & Ioan.de Imo.in.c.peruenit.de emptio. &
vendi. quod etiam firmauit Alexan. de imo. in.l
vnica.2.col.C.vt quæ deſunt aduo. Et pro hoc facit
quod dicit Bar.in.l.cum qui ita.§.qui ita.ff. de ver-
bo.obliga. ¶ Concludamus igitur,ꝙ licet bona fi-
des in præſcriptionibus præſumatur,debet tamen
allegari. ¶ Vnde dicit Ange.in.l. eum qui.§. pu-
blicana. ff. de publica. ſis cautus in allegando bo-
nam fidem,aliàs ſuccumbes. Tenet etiam Alex.in
ſecundo volumi.conſilio.94.3. col. & eodem volu.
conſilio.118.1.colum.& eodem volumi.conſilio.134
quarta columna. ¶ Quid autẽ ſi poſt completam Quæ.
præſcriptionem ſuperuenit ſcientia rei alienæ,vel
quòd debitor eſt alterius,nunquid præſcribens ſit
tutus in foro conſcientiæ. Vide Abba.in.c.vigilan
ti.de præſcriptio: eundem & Innocen. in capitulo
quia pleriq;. de immu.eccle. dominum doctorẽ de
Pala.in repetitione.capi. per veſtras de.donatione

inter virum et vxorem.ſuper rubrica trecenteſima
vigeſima octaua.verſiculo.ad prædictorum.

Adde. ⁋Hunc articulum plenius quàm ali⁹
examinat dominus Ioannes Franci-
ſcus Balbus in tractatu præſcriptio-
num . ſecunda par-
te. 3. partis principa-
lis.9.q.in principi.&

Pero dōde enla obli gacion ay ypothe-

p⁹ totã.q.& in.ti.de præſcrip.rerum immobiliũ. in
parte, verũ quicquid dicant legiſtę.ver. ſed quid ſi
iam.num.19.per duas colũnas folio. 67. eo. tracta.
de præſcriptio.
54 & ¶ Ypotheca. Not. ex particula iſta, ꝙ † vita
actionis hypothecariæ eſt annorum 30.quãdo hy-
potheca continetur in ſcriptura. pro quo facit tex.
in.l.22.ſupra & quod ibi dixi. Idem dicit tex.& ibi
55 Bar.in.l.contrahitur.ff.de pigno. ¶ Item nota,ꝙ †
hypotheca cõſtituitur pacto.vt.l.ſi tibi.§.de pigno-
re.ff.de pigno.actio.tenet Bar.in.d.l.contrahitur.
Q̃. ¶ Sed quæro.feci tecum pactum.quòd ſi non ſol-
ueris mihi pecuniam debitam,licitum ſit mihi bo-
na tua propria authoritate capere , & nihil dixi de
hypotheca:an per iſta verba ſit contracta hypothe-
ca. Tene ꝙ ſic.iſtud eſt famoſiſsimum dictum Bal.
in.l.creditores.ſi.verbis.C.de pigno.allegat tex.in.
l.creditor.qui optimè probat.§.poſt diuiſionem.ff.
qui potio.in pigno.habe. vbi etiam probatur ex il
Nota. lo.§. ⁋Idẽ eſſet ſi feci pactum cum fratre meo,ꝙ li
Extẽſio. ceret mihi vendere rem ſuam caſu , quo non ſolue-
ret creditori in pign⁹ datã,ꝙ erit cõtracta hypothe
ca.qui tex.eſt menti tenẽdus ſecundũ Fran. cremẽ.
ſingulari ſuo.2.quod etiam firmat Bar.in.d.l. credi
tor §.poſt diuiſionem.& bene facit.l.ſi . in princi-
pio & quod ibi Bal.C.quæ res pigno.obli.po.
Extẽſio. ⁋Idem ſi mutuaui tibi cẽtum ſuper tali fundo vel
domo,ꝙ iſta verba ſuper inportant hypothecã vel
pignoris nexũ.tex.eſt forte ſingularis in.l.codicil-
lis §.inſtituto.de le.2. quem ad hoc ponderauit Bar.
Extẽſio. in.l.fundus ff.de annuis lega . cõmẽdat Ludo.ro-
ma.ſingulari ſuo.625.incipi. compreſta mihi. ⁋Et
idem ſi teſtator dicit lego Titio cenſum ſuper tali
fundo. vt ibi & Franciſcus cremenſis ſingulari ſuo.
45. ¶ Et nota,ꝙ actio hypothecaria eſt in rẽ , quia
datur cõtra poſſeſſorẽ.l.pignoris.& ibi Bar.& Bal.
C de pigno.&.l.pignoris & ibi Bart. ff. eo . & da-
tur ad rem.quę erat in bonis debitoris tẽpore con-
ſtitutę hypothecę.l.cum res.& ibi Bar.& doctores.
C.ſi alie.res pigno.data ſit. ⁋Item datur ad rem cu-
56 ius dominium ſuperuenit debitori ſcilicet de ęqui-
tate,non de rigore, vt ibi. ¶ Item nota,ꝙ † cum hy
potheca intentatur contra poſſeſſorem, debet agẽs
probarę rem ſibi fuiſſe prius hypothecatam,quàm
poſſeſſori alienatã.l.de rebus.& ibi docto.C. de do
natio ante nup. ¶ Quod verum puto,niſi ſit fiſcus
cuius fauore debet poſſeſſor probare rem fuiſſe ſi-
bi prius obligatam,quã fiſco.caſus eſt ſingularis &
ibi Bar.in.l.4.de iure fiſci lib. 10. idem Bar. in.l.qui
nondum.§.quod dicitur.ff.de pigno. ⁋Et de pri-
mo dicto.vide Bar.& Sali.in.l.cum res.C. ſi aliena
res pigno.da.ſit.& Flo.in.l.ante omnia.ff.de proba
tio.Bar.& Sali.in.l.rem alienã. ff. de pigno .actio.
Ang.are in.§.itẽ ſeruiana.in.3.charta.inſti.de actio.
ver.& pro euidentia.
Ang.in.l.matrẽ in fi-
ne.C.de probatio.
57 ¶ Et † libellus in hypothecaria incipitur iſto mo Libellus in hypothecaria.
do.dico fundũ pertinuiſſe ad talem debitorẽ meũ
cauſa depoſiti,vel ſimili iure dominij,vel quaſi tẽ-
pore contractus,quem cum eo iniui,et dictus fun-
dus fuit et eſt mihi obligatus pro tali debito,quare
peto declarari rem mihi eſſe delegatã,& poſſeſſorẽ
cogi ad reſtituẽdum mihi dictum fundum. ¶ Vel
ſic,vt ſeruat vſus. quare peto dictum poſſeſſorem
cogi ad tradẽdã mihi dictã rem in cauſam pignoris
pro quãtitate prędicta mihi debita donec mihi fue
rit integrè ſatiſfactum. ¶ Vel ſic. quare peto poſ-
ſeſſorem condẽnari mihi dictam poſſeſsionem re-
ſtituat,vel mihi debitũ ſoluat. Ita dicit Bal.in.l.rem
alienã.ff.de pigno.actio.& in.l.ſi fundus. §. in ven-
dicatione.ff.de pigno.& in.l.2,C.de luitione pigno.
& in.l.ſi cum venditor.ff.de euictio.& in. d. l. cum
res.& ibi Bar C.ſi res alie.pigno.da.ſit & in.l. ſi ab
eo.C.de pigno. ¶ Et adde ſecundum Bar.in.d.l.rẽ
58 alienam.ꝙ † debet etiam dicere actor in libello , ꝙ
debitor ſuus fuit in mora ſoluendi debitum, & de-
bet in proceſſu probari talis mora. Item debet pri⁹
fieri bonorum diſcuſsio contra debitorem.quàm li
bellus offerri contra poſſeſſorem,vt ibi. ¶ An †
59 autem iſta diſcuſsio poſsit fieri pendente iudicio
contra poſſeſſorem vel fideiuſſorẽ principalis de-
bitoris. vide Bar.Bal.& docto.in authẽ.pręſenti.C.
de fideiuſſoribus.& Bal.in.l.cum teſtamẽto. C. de
teſta.manu.eundem Bal.in.l.ſi rem.§.ſi.ff.de pigno.
60 actio. ⁋Intellige † in diſcuſsione neceſſaria quan-
do agitur actione perſonali:ſed quando agitur reali
nõ requiritur diſcuſsio,tenet Bal.in.l.3. C. de his q̃
in frau. credi.niſi in caſu authẽ.cõtra rogatos. C.ad
trebe. vbi Bal.1.colun. dicit eſſe ſpeciale. ⁋Item
non requiritur diſcuſsio quando agitur contra
poſſeſſores , & agitur ad intereſſe contra alienan-
tem cauſa mutandi iudicij , ſi intereſſe ſit liqui-
dum,putà quia poſſeſſor pręſcripſit, vel eſt abſens
in longinquis partibus, vel non reperitur,ita ꝙ eui
denter eſt diſcuſsio difficilis. tenent docto. & Bar.
poſt glo.in.l.1.ff.de alie.iudi mu.cau.fa. ⁋Item quã
do eſt præſcriptum actione perſonali, ꝙ ceſſat hy-
pothecaria.Bal.in authen.ſed hodie.C. de actio. &
obli. ¶ Item nec quando agitur hypothecaria con
tra tertium poſſeſſorem ſimul & inſolidũ obligatũ
& principaliter.tenet glo.ſingularis et Bar.in.l.mu
lier.ff.qui potio.in pig.habe. ¶ Vel quando talis
poſſeſſor erat vnus ex debitoribus,quo caſu poteſt
conueniri hypothecaria , non facta diſcuſsione in
alijs.vt ibi.tenet idem Bar.in.l.ſi creditor.§. quæri-
tur.

tur.ff.de diſtra.pig.& Bal.in.d.authē.ſed hodie.C.de actioni.& obli.putà ſi habebā defunctū obligatū ad cētū,pro quibus hypothecauit mihi fundum, poſtea reliquit tres hęredes:vni fuit adiudicatus totus fundus,ago contra ipſum hypothecaria ad aduocādum fundum, an poterit opponere de diſcuſsione fienda cō tra hæredes obligatos perſonali actiōe.Quilibet diceret quòd ſic.

ca, * o donde la obligacion es mixta [a] perſonal y real

per authē.hoc ſi debitor.C.de pigno.vbi dicitur, ꝙ antequā perueniatur ad hypothecariā contra tertiū poſſeſſorē,neceſſaria eſt diſcuſsio in pſona contra principalem debitorē. ☞Sed in cōtrariū habes caſum ſingularem & ibi gl.& Bar.in.l.mulier. ff. qui potio.in pigno.habe.de quo exclamat Ludo.ro.cōſilio ſuo.459.& Fran.cremen.ſingulari ſuo.163.idē tenuit Bar.in.d.l.ſi creditor.§.quæritur in fine. ff. de diſtractio.pigno.& formaliter Bal.in.d.authen.ſed hodie.ver.modo quęritur ſi ſint duo rei obligati principaliter.C.de actio.& obli.allegando tex.glo.& Bar. in.d.l.mulier. ☞Et facit pro iſto dicto bonus tex.quem Ange.ibi poſt Bar.notat in.l.quotiens.quo ordine quis conueniatur.lib.11. ¶ Et nota,ꝙ cùm datur diſcuſſor,vel fit diſcuſsio, debet iudex monere partes, vt adſint cum eo diſcuſsiōi, ne fraus aliqua cōmittatur:nō tamen peremptoriè debent moneri,vt tenet Bal.in.l.aduerſus.C.de vſu & fruc.lega.& tunc facta diſcuſsione, eſt fienda relatio per nunciū,& deinde debet ſuper ea pronūciari.tenet Bar.in.l.exitus.ff.de acquir.poſſe.& Bald.

61 in.l.2.C quando fiſcus vel priua. ¶ Forma † verò diſcuſsionis eſt.vt primò iudex cōmittat nuncio,ꝙ inquirat,& referat.ſecundò iudex examinet vicinos.vt per Bal.in.l.2.C.quādo fiſ.vel priuatus.

☞Sed Bar.in.l.perſecutione.& in authē. hoc ſi debitor.C.de pigno.ait,ꝙ debet mitti nuncius publicus,cui creditur:ſed cautius eſt, ꝙ mittantur duo nuncij,vt ibi per eum. ¶ Et de iſta forma diſcuſſionis vide Ange.in authē.de fideiuſſo.§.ſed neq;. in fine.collatio.1.Bar.in.l.à diuo pio.§ in venditione. ff.de re iudi.Bal.in.l.fi.ff.ſi certū petatur. ¶ Sed pone.feci legitimè diſcuſsionem contra principalem: poſtea pendente iudicio contra fideiuſſorem ſuperuenerunt bona ipſi principali,an de nouo cogatur reddere & diſcutere ipſum principalem. Videbatur dicendum ꝙ ſic,quia ceſſauit paupertas: ergo ea finita, videbatur finiri effectus ſubſequens. argu.l.Titio Seio.§.vſuras.de lega.2. ☞In cōtrariū ſingulariter determinat Bal.ꝙ nō teneatur facere diſcuſsionē,ex quo legitimè fuit inchoatū iudiciū cōtra fideiuſſorē,& tertiū poſſeſſorē.l.perēptoria. C. ſentētia.reſcin.nō poſſe.facit tex.in.l.in pupillo.ff. de ſolutio. tenet Franciſ.cremen.ſingulari ſuo.176.

Adde. ☞De præſcriptione iſti° actionis hypothecariæ dicit plura do. Ioan. Frā. Balbus in ſuo trac.pręſcrip.4.parte.4.partis principalis.ver.tertiò principaliter quęro.nu.5.fo.73 & teue quod dicitur in.l.iſta.per quam ceſſant hodie omnia,quæ ibi ſuper iſto articulo dicuntur.

a ¶ Es mixta,ſicut dicimus in petitione hæreditatis, quia eſt mixta, & pręſcribitur ſpacio.20. annorū.l. hæreditas. C. de peti. hære. &.l. hęreditatem.C.in qui. cau. ceſſat.lōg tempo.

la deuda ſe preſcriua por treynta años.[b]

præſ.&.l.fi.C.de edic.diui adria.to &.l. ſi bonæ fidei.in princi.& ibi Bar.ff.de petitio.hære. vbi dicitur,ꝙ petitio hæreditatis eſt mixta, perſonalis, &

62 realis. ¶ Et nota,ꝙ † petitio hæreditatis continet non ſolum ea quę erant in hęreditate tempore mortis,ſed etiam illa,quę poſt mortem ſuperuenerunt, quia augent hæreditatem.tenet Pau.de ca.in.l.item veniunt.§.item non ſolū.ff.de petitio.hære. & hoc ſi antequàm adeatur hæreditas:ſed ſi poſt aditā veniunt,ſi procedūt ex rebus hęreditatis, vt ſunt fructus,& partus ancillarum, ſecus ſi extrinſecus aliūde,quia non eſt hęreditarium.ſed hęredis vt ibi.

63 Adde. ☞Iſta etenim † actio hypothecaria eſt mixta, & in rem ſcripta, vt habetur in.l.pignoris. C. de pigno. ¶ Ideo iſta actio hypothecaria dicit i° in re.vt.l in noxalib°.ff.de noxa.&.l.rē alienā.ff.de contrahen.emp.l. corū.ff.de dāno i fecto.l.ſi finita.§.ſi qua iura.co.ti. et auth.ſiue à iure.C.ad velleia. ¶ Propterea opor

64 tet ꝙ † agēs hypothecaria pbet debitorē fuiſſe dn̄m tēpore obligationis.vt in.l.& q̄ nō ſunt.§.1.ff. de pigno. ¶ Verū tamē eſt,ꝙ Ang.de are.conſilio poſito inter cōſilia Alex.in.2.volu.cō.38.incipiēte. Lācellot° de Imo.dicit,ꝙ qn̄ agitur hypothecaria contra tertiū poſſeſſorē,qui nullā cauſam prętēdit à debitore.vel ei° hærede,tūc ſufficit probare rē fuiſſe in bonis debitoris tēpore obligationis, vel poſtea, qn̄ eſt obligatio generalis omniū bonorū.vt in.l.et qui nondum.§.quod dicitur.& ibi glo.& Bar.ff.de pigno.doct.in.l.cum res.C.ſi res alie.pigno. da.ſit. Alex.conſi.101.5.volu.2.col.cum ſequenti.

65 b ¶ Por treynta años.Not.ex.l.iſta, ꝙ † quando actio perſonalis & executoria data ſuper ea pręſcribitur ſpacio.20.annorū,remanet actio mixta,perſonalis,& realis,& actio hypothecaria, q̄ durat alijs.10.annis.& ſic eius vita erit.30.annorū. vt hic dicitur. ☞Et per hoc corrigitur.l.1. & quod ibi Bar.& Bal.poſt glo.C.ſi aduer. credi. & quod Pau. de ca. conſi.ſuo.115.in fine.& glo.ordinaria in.l.cū notiſſimi.in principio.C.de pręſcriptio.30.anno.glo. & Bar.in.l.1.§.cū prædium.ff.de pigno.vbi dicunt, ꝙ hypothecaria præſcribitur per.10.annos. & ꝙ poſſeſſor præſcribit contra hypothecariā per.10.annos cū bona fide. ☞Tu dic ꝙ non corriguntur, quia intelliguntur quādo tertius poſsidet rem hypothecatam,& creditor alienationem bonorum hypothecatorū,

catorum, vel ſciuit, & non contradixit. vt. l. 2. C. de remi. pig. ſed ſi debitor poſsidet tunc etiam elapſis 30. annis reus poteſt conueniri per creditorem ad pig. 1°. vt. l. res ere. litoris. & ibi Bal. C. de pig. actio. & in. l. 1. C. ſi aduer. credi. tamē de iure imperatorū per 40. annos præſcribit debitor contra actionem hypothecariã. vt. l. 1. & ibi Bal. C. de anno. excep. Pau. de ca. d. conſilio. 115. glo. ordinaria. d. l. cum notiſsimi. & in Spe. de actio. ſeu peti. §. 2. ver. certum. & de præſcript. me. ver. ſed hypothecaria. & de ſolu. § 1. ver. item pone debebas. ſed præſcriptio quæ olim erat. 40. annorum in hypothecaria, hodie eſt. 30. vt hic.

¶ Ley. lxiiij.

POrquanto en las ordenanças que

Summarium.

1 Exceptiones contra executionem inſtrumenti, vel contractus quando ſunt opponendæ.
2 Terminus ſtatutus ad ponendum exceptionem contra executionem contractus, quando incipit currere.
3 Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, & ipſius executio, & inſtrumenta, an habeant inſtantiam.
4 Ordo an ſeruetur in executione ſententiæ.
5 Dies appoſitio an ſit neceſſaria in condenda lege.
6 Dies an debet poni in inſtrumento, ſi inſtrumentum ſit de nocte.
7 Dies omiſſa in inſtrumento, an poſſit poſtea poni.
8 Dies commiſſi criminis, an debet poni in libello criminali.
9 Dominium territorij probatum, an videatur eſſe probatū quicquid eſt intra fines territorij.
10 Vaſalli an poſſint ſcindere ligna quæ non ſunt in fructu.
11 Vaſalli an poſſint ad libitum uti venatione, & piſcatione.
12 Vaſallus an poteſt facere conditionem domini deteriorem.
13 Vaſalli an poſſint facere conditionem domini meliorem, & extirpare montes & ſyluas.
14 Dominus territorij an poſſit ſtatuere quòd ſyluæ, montes, & paſcua, venatio, & piſcatio non extirpentur.
15 Dominus, an poſſit tollere appellationem per ſtatutum ſuum.
16 Vaſallus, feudatarius, inquilinus, & uſufructuarius, an æquiparentur.
17 Vaſallus, an habeat vtile dominium, & dominus loci directū.
18 Domini terrarum an dicantur lex viua in ſuis terris.
19 Domini terrarum, an habeant fiſcalia iura in terris ſuis, & an poſſint ſubditos mulctare & pœnas ſibi applicare.
19 Vaſalli an poſſint facere inter ſe ſtatuta.
20 Ciuitas vel vniuerſitas quæ conſilio ruſticorum regitur, an poſſit facere ſtatuta, & ſibi pœnas applicare.
21 Ciuitas an habeat cognitionem cauſarum ciuilium & criminalium.
22 Dominus loci an poſſit recipere in vaſallum quem voluerit, inuitis alijs vaſallis.
23 Dominus in caſu neceſſitatis an poſſit imponere ſuper vaſallos collectas, vel charitatiuum ſubſidium.
24 Dominus an poſſit imponere collectas vel charitatiuum ſubſidium ſuper forenſes habentes bona in ſuo territorio.
25 Vaſallus an teneatur recipere dominum & familiam ſuam in hoſpitem.
26 Emphyteuſis conceſſio an præſumatur per ſpacium quadraginta annorum.
27 Vaſallus, qui per tempus centum annorum fuit ad molendum in molendino & ad coquendum in furno domini, an poſſit compelli in futurum ire.
28 Decretum in licitis an debeat interuenire in compromiſſo, an de ratolando.
29 Decretum, an, & quando ſit neceſſarium in venditione rerum minoris.
30 Minor, qui iurauit contractum in quo eſt enormiter læſus, an audiatur contra iuramentum.
31 Minor, qui iurauit contractum, in quo eſt deceptus vltra dimidium, an audiatur contra iuramentum.
32 Minor iurans contractum illicitum an poſſit agere aduerſus contractum antequam petat & obtineat relaxationem.
33 Cauſa an debet præcedere in relaxatione iuramenti.
34 Cauſæ cognitio an debet præcedere relaxationem.
35 Citari an debet pars in relaxatione iuramenti
35 Citari an debet pars in abſolutione a ſententia excommunicationis.
37 Minor compromittēs in arbitrū iuris, an eo ipſo dicatur læſus.
38 Minor promittens ſtare ſententiæ arbitrorum, & non appellare, etiam ſi lædatur, an dicatur eo ipſo grauatus.
39 Minor renuncians beneficium reſtitutionis in integrum, an eo ipſo dicatur læſus.
40 Minor compromittens, vt abſque probatione lis decidatur, an dicatur compromiſſo læſus.
41 Compromittere an poſſit ſuper rebus maioratus ſine licentia principis.
42 Compromiſſum an ſit ſpecies alienationis. Et an compromitti poſſit ſuper re, quæ alienari non poteſt.
43 Minor, an, & quando poteſt in integrum reſtitui.
44 Arbitri, an poſſint ferre ſententiam ſtatim facto cōpromiſſo, ſi data eſt ſibi plena poteſtas.
45 Arbiter, an dicatur bonus vir in lite conteſtanda, & terminanda.
46 Arbiter ſi habet liberum arbitrium, an poſſit præiudicare alicui ex partibus.
47 Compromiſſum in arbitrum, vt procedat, & iudicet ad libitum, an ſit manifeſtè iniquum. Et an ſententia continens manifeſtam iniquitatem ſit nulla.
48 Sententia nulla, an ſit ſententia.
49 Compromiſſum, in quo interuenit dolus, an ſit nullum ratione doli.
50 Leges, an ſemper occurrant ad euitandum fraudes hominum.
51 Dolus, an ſit contra ius diuinum.
52 Voluntas deliberata & cōſenſus an requiratur in delictis, cōtractibus, obligationibus, & iudicijs.
53 Voluntas deliberata an dicatur interueniſſe, vbi deeſt conſiliū.
54 Nobiles, & barones an, & quando poſſunt ſubditis & vaſallis collectas imponere.
55 Ciuitas non oppreſſa an poſſit ſibi cenſum imponere.
56 Metus, & vis quando præſumitur.
57 Dictum vnius nobilis, an includat iuſtam credulitatem.

Mala

58 *Mala fides vnius de de vniuerſitate, an noceat vniuerſitati.*

59 *Ciuitas an præſcribat in caſu, quo vnus de vniuerſitate habet ſcientiam rei alienæ.*

60 *Molere, vel coquere, an, & quando quis poteſt in molendino vel furno alieno.*

61 *Authoritas iudicis, an, & quando facit ceſſare præſumptionem fraudis.*

62 *Temeritas an ſapiat fatuitatem. Et quis dicatur temerarius, & quis ſtultus.*

63 *Minor, & furioſus, an æquiparentur.*

64 *Pœna in compromiſſo appoſita, an habeat locum in caſu, quo interuenit dolus.*

65 *Pœna compromiſſi an habeat locum contra minorem.*

66 *Pœna compromiſſi an petatur contra eum, qui ſuccubuit.*

66 *Pœna compromiſſi an cōmittatur, cùm quis habuit iuſtam cauſam reducendi ſententiam ad arbitrium boni viri.*

67 *Formam antiquitus conſtitutam an poſſit dominus mutare.*

68 *Minor, qui iurauit, ſi eſt enormiter læſus, an audiatur contra ſuum iuramentum.*

69 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

70 *Ignorans an præſumatur deceptus.*

71 *Iuramenti abſolutio ad effectum agendi vel excipiendi parte non citata, an prodeſt ad effectum obtinendi & peragendi ſine noua abſolutione.*

72 *Minor an dicatur deceptus in eo, quod ignorat.*

73 *Canoniſtarum opinio in materia iuramenti an ſit præferenda.*

74 *Sententia arbitri, appellatione pendente, an poſſit exequi.*

75 *Sententia iudicis ordinarij, appellatione pendente, an poſſit exequi.*

76 *Executio quando dicatur facta.*

77 *Executio qualiter debeat fieri. Et an poſſit fieri ſine executore.*

78 *Executio quando poteſt committi.*

79 *Executio ſi fiat iniurioſè & iniuſtè, an debeat retractari.*

80 *Procurator, an, & quando poteſt petere executionem, pro creditore.*

81 *Procurator ante executionem an debeat oſtendere mandatū.*

82 *Dies oppoſitionis contra executionem, an ſit computandus in termino decem dierum, qui dantur ad proponendum exceptiones. Et an dies termini computetur in termino.*

83 *Decem dies, qui dantur ad ponendum exceptiones contra executionem contractus, quando incipiunt.*

84 *Dies feriata, an, & quando arctat terminum.*

85 *Dies ceptus, an, & quando habeatur pro tota die.*

86 *Teſtes producti in termino, an debent deponere in termino.*

87 *Poſitionibus an tenetur quis reſpondere, ſi ponuntur poſt terminum datum ad ponendum poſitiones.*

88 *Exceptiones, quæ poſſunt proponi in executione ſententiæ, vel contractus.*

89 *Exceptio compenſationis an poſſit opponi contra petentem decimas.*

90 *Exceptio compenſationis an poſſit opponi contra fiſcum.*

91 *Exceptio compenſationis an poſſit opponi cōtra mulierem repellentem dotem.*

92 *Exceptio ſolutionis ex inſtrumento poſt ſententiam reperto, an poſſit opponi in executione ſententiæ.*

93 *Exceptio inuētarij non confecti, an poſſit opponi in executione ſententiæ.*

94 *Appellatione remota quando proceditur.*

95 *Exequi an poteſt ſententia, à qua debitor appellauit.*

96 *Creditor, qui vt tertius compareat coram iudice pro ſuo intereſſe, an appellans impediat venditionem bonorum pendente appellatione.*

97 *Creditor quando dicatur prior.*

POr quanto. Iſta l propter ſuam longitudinem non poteſt congruè ſummari. Sed ſi tu vis, ſumma eam iſto modo, Decem dies, qui dantur ad probandum exceptiones propoſitas contra executionem contractus vel ſententiæ, incipiunt currere à die propoſitionis earū: quæ ſi non probātur in iſto termino, peruenitur ad executionē plenam, nó obſtante appellatione. &c. hoc dicit. ¶ Vt vides iſta lex venit declarare quando incipiunt currere decem dies, qui dantur ad proponendum exceptiones contra executionem. Et eſt neceſſaria declaratio, & optima. Sed magis optimum & neceſſarium eſſet declarare, quando iſtæ exceptiones poſſunt proponi, aliàs vſquequo poſſunt proponi. ¶ Po- *Qō.*
1 ne † executio eſt facta, & res in qua facta fuit executio eſt præconizata, iuxta formam tex. in leg. prima. titulo delas deudas & pagas. foro legum. vel ſecundum ſtylum curiæ exequentis, & debitor citatus ad ſententiam, quam nos dicim⁹ para el remate, an debitor ſic citatus ad ſententiam poſsit coram iudice proponere exceptiones à iure permiſſas, de quibus in. l. 4. &. 5. titulo delas excepciones ordi. Videtur quòd non. quia citatio ad ſententiam fit poſt concluſionem in cauſa, & tunc ceſſant iuris & facti allegationes. vt. l. 1. titulo dela orden del juyzio. in ordina. ¶ Tene contrarium, † quia in iſto *Contra.*
2 iudicio non concluditur, imò quia dictæ exceptiones quæ poſſunt proponi contra cōtractum vel ſententiam in executione earum ſint peremptoriæ. vt patet ex. d. l. 4. &. quinta. titulo delas excepciones. poſſunt proponi vſq; ad ſententiam. l. præſcriptione. & ibi Bald. C. de exceptio. idem Bald. & Ange. in lege officium. C. de rei ven. Ianfran. in. cap. quoniam contra. de probatio. ſuper parte. exceptiones. & ita obſeruatur.

3 Adde. Nota ex. l. iſta & ſupradictis in glo. ꝙ † ſententia, quę tranſiuit in rem iudicatam. & ipſa executio ſententiæ, habent inſtantiam. ¶ Et idem de inſtrumentis, & de alijs contentis in glo. vt recitat plenius quàm alius Matthę. de afflic. deciſio. neapolita. 346.

¶ Nam de executione ſententiæ & contractus ꝙ habeant inſtantiam, patet, vt ſupra dixi ex. l. iſta. & ex. l. quarta. titulo delas excepciones ordinamentorum. ¶ Itaq; † in executione ſententiæ requiri-
4 tur ꝙ obſeruetur iuris ordo. vt tenet Matthæus de afflic. deciſio. neapolita. 191. numero quinto & ſexto. ſed iſte ordo ponitur in. d. l. 4. &. quinta. titulò delas excepciones. ordinamentorum.

15 c ¶ Quatro dias. Quæro † an in condenda lege
vel in conceſsione priuilegij, ſit neceſſaria appoſi-
tio diei. Bart. in. 1. conſtitu. C. in. §. quibus. tenet ꝑ
non, præterquam in priuilegio non clauſo in cor-
pore iuris, vt ibi. ¶ Eſt tamen vtile appoſitio diei
in lege, quæ de alia le-
ge mentionem facit,
quia ex hoc vitiatur
ambiguitas, ad quod
principaliter veniũt
leges voluminis iſti⁹

hezimos en la villa đ Madrid a q̃tro dias [c] dsl mes de deziẽbre đl año paſſado đ mil y qniẽtos y dos años ay vna ordenāça [d] ſu

quia duæ ſunt compilationes legum de Madridi
quarum vna non ſeruatur, alia quæ fuit poſterior,
& eſt appoſita in volumine pragmaticarum folio.
46. eſt in obſeruantia, & de illa loquitur iſta lex.
Alia verò compilatio, quæ facta fuit in dicta villa
de Madrid anno domini milleſimo. 499. per ſecun
dam compilationem fuit prima reuocata, & in ſe-
cunda de reuocatione prioris fit mentio. iuxta no
tata per Bald. in. l. omnes populi. 4. q. in principio.
ff. de iuſti. & iure. ¶ Item in lege iſta fit mentio
de ſecunda, ne videatur prima compilatio per iſtã
l. comprobari. ¶ Sed nota, quòd in inſtrumẽto pu
blico ſemper requiritur dies. notatur in. l. generali.
de tabularijs libro. 10. tenet Bal. in. l. cum tabernam.
in principio. C. de pigno. ¶ Et ſi fortè † inſtrumẽ
tum fiat de nocte, debet poni dies. tenet Inno. in. c.
conſuluit. de officio delega. & Bal. in. l. fi. C. de his
quibus vt indig. ¶ Quod intellige de die præce-
denti noctem ipſam, ſi inſtrumentũ fiat ante mediã
noctem, ſecus ſi poſt mediam noctem, quia tunc
dies ſequens debet poni. tenet Ioan. de Imo. in. ca.
1. vt eccleſiaſti. bene. Ange. in. l. vſurpationibus. ff.
de vſucapio. ¶ Item in ſcriptura directè confe-
cta ſuper tempore. ¶ Item in mandato procurato
ris. ſecundum Bald. ibidem. ſed vide in Spec. de in-
ſtrumen. edic. §. 9. verſi. quid ergo. ¶ Item debet
poni in qualibet partita in libro rationis, aliàs nõ
probat. tenet Bald. in rubrica. C. de fide inſtru. pe.
charta. verſiculo. viſo de ſcriptura. dixi in. l. 27. ſu-
7 pra. glo. magna. 7. particula. ¶ Si † verò dies eſt
omiſſus in inſtrumẽto per errorem notarij, an poſ-
ſit poſtea poni. Bar. tenet quòd ſic. in conſilio ſuo,
quod incipit. reperitur inſtrumento. Idem Bar. in.
l. Imperator. ff. de ſtatu homi. & in. l. ſi librarius. ff.
8 de regu. iuris. ¶ Sed † in libello criminali regula-
riter non debet poni dies. vt leg. libellorum. & ibi
Bar. ff. de accuſa. ℣ Niſi vna die delictum eſſet, &
& alia die non. vt per Bar. in. l. non ſolum. §. ſed &
reprobari. ff. đ ope. noui. nũ. ¶ Itẽ niſi certa die, ꝓ
debito eſſet maior pœna. vt ꝑ Bar. in. d. l. libellorũ.

Adde. ℣ Et quòd in inſtrumento exigitur
dies, habetur in authẽ. vt proponatur
nomen impera. in princi. colla. 5. &
eſt glo. in capit. inter dilectos. de fide inſtru. & in
lege prima. §. editiones. ff. de eden. tex. in leg. 2. §.
diem. ff. quemad. teſta. aperi.

¶ Et an locus debet poni in inſtrumento & locus
loci habetur in Spe. de inſtru. §. edic. 1. verſi. poſt
nomen. & in. §. inſtrumentum. verſi. ſed quid ſi lo-
cus. per Bald. in. l. contractus. & . l. comparationes.
C. de fide inſtrumen. plenè in alphabeto aureo in
parte inſtrumentum
folio. 64.

d ¶ Vna ordenan-
ça. quæ eſt. 9. in or-
dine dictarum ordi-
nationum.

Adde. ℣ Vltra ordinationẽ, de qua iſta lex
facit mentionem eſt alia in volumine
dictarum ordinatio. nume. 45. quę lo-
quitur in executione ſententiarum arbitratorum,
imò verius amicabilium compoſitorum. Et quia
ſuper intellectu dictæ legis. 45. habui cõſulere, pro
poſui dictum conſilium in præſenti apponere. nã
multum facit ad materiam iſtius legis. & eſt tale.

¶ Nobilis quidam nomine Ioãnes de funes cùm Narratio facti.
eſſet in. 15. anno conſtitutus, habebat in ſuo maiora
tu quãdam villam nuncupatam de Villel cum for-
talitio, territorio, & iuriſditionem ciuilem, & cri-
minalem, merum & mixtum imperium cum alijs
villis adiacentibus ipſius militis. Vaſſalli eiuſdem
conqueſti ſunt in regali cõſilio chriſtianiſsimi Ca-
roli quinti Imperatoris ac regis Hiſpaniæ dicen-
tes, ꝙ dictus nobilis & ipſius mater nomine doña
Beatrix de Andrade curatrix ipſius, nobiliſsima
domina, certa ab eis exigebat numiſmata, & contra
ſuum velle hoſpitrs recipere compellebat, & ꝑpar-
uo ſalario illos itinerare faciebat. Et prata à patre
& cum ipſis vaſſallis conceſſa ſub certa annua pen
ſione auferebat. Conſtitutiones & ſtatuta ſuper cõ
ſeruatione montium & paſcuorum, venatione, &
piſcatione faciebat. Et pœnas per ſe & per ſuos iu-
dices ſibiipſi applicabat. Et ipſi ſoli chirurgicos,
barbitonſores, & alios officiales recipiebat. Et pro
filialib⁹ ſuis maritãdis collectas imponebat. ℣ Nec
pertinebat eis ædificare in ſolo publico abſq; ipſi⁹
licentia & ſolutione penſionis. Et à filijs vaſſallo-
rum poſitis in diuerſo fumãte exigebat fumatum,
quare petierunt ſuper his & alijs de remedio pro-
uideri. ℣ Chriſtianiſsimus Imperator precibus
vaſſallorum inclinatus, quibuſdam Iudicibus dele
gatis cõmiſit cauſam terminandã, iuxta formam cu
iuſdã pragmaticæ, quæ poſita eſt in volumine prag
maticarum iſtius regni. fo. 84. quæ loquitur delos
eſtãcos & impoſiciones nueuas. Qui iudex, cauſa
cognita, tulit ſentẽtiam, à qua ipſi appellauerũt vaſ-
ſalli, & proſecuti appellationẽ, fuit cauſa remiſſa ad
regiã curiã Valliſoleti. ℣ Accidit, ꝙ quidã ex vaſ-
ſallis, & alij, cũ inſtantia conati ſunt, vt cauſa prędi
cta cõpromitteretẽ, in quo vt patrocinator dicti no-
bilis reſutaui cõſentire. nã vaſſalli inſtabãt, vt cau-
ſa cõmitteretur duob⁹, q abſq; vlla probatione, nec
viſa ſententia iudicis delegati, arbitri nominandi
cauſa

cauſa & dubia prædicta ſine debito terminacēt abſq; vlla probatione &c. Quamobrem dicta domina ſeducta, & filius ipſius pœna duorum millia ducatorum adiecta, & ſolenni iuramento interpoſito de pareudo ſententiæ, & de non petendo relaxatione iuramenti, nec ad effectum agendi, vel excipiendi cauſam prædictam compromiſerūt in duos peritiſſimos viros Vallisoleti, cum facultate, ꝙ cauſam vel cauſas ſæpedictas terminarēt ſecundū ius, & non aliàs. Qui abſq; vlla probatione, vt fertur, iuxta formam cōpromiſsi, vel extra, tulerunt ſententiam, per quam quaſi in totum liberos fecerunt ipſos vaſſallos ab omnibus muneribus & exactionibus ſupradictis: ita & taliter, vt ipſi vaſſalli poſſent vti terminis, & paſcuis, diſtrictis illius villę in omnibus ſupradictis, ſoluta in aliquibus parua quantitate vel penſione. ¶ A qua ſententia arbitrorum fuit ex parte dicti militis appellatum, & in regali curia Vallisoleti fuit dictum de nullitate ſententiæ. Et aduerſus compromiſſum & ſententiam fuit petita in integrū reſtitutio ¶ Interim ipſi vaſſalli in ſacro conſilio Imperatoris petierūt dictę ſententię arbitrariæ executionē. Quę executio fuit cōmiſſa iudicibus dictæ villæ de Villel, qui iuxta formā dictę legis. 45. de Madrid dictā exequerentur ſententiam, quatenus dicta lex haberet locū, & diſponit. Ipſi etenim iudices habito conſilio cū quodam literato (cuius nomen ſileo propter ipſius honorem) contra meum velle dictam ſentētiā executioni mādauit, à qua ex meo conſilio fuit appellatum, & cauſa deuoluta ad dictā regalē curiā Vallisoleti. Ex parte domini nobilis multa fuerūt propoſita aduerſus dictū cōpromiſſum ſententiā arbitrariā, atq; executionē illius. ¶ Sed vt pateat veritas huius quęſtionis, & in ipſius deciſione ſeruetur forma antiquorū literatorū dicentium, ꝙ in diſcuſsione alicuius articuli debet conſultus vel peritus recitare opiniones, ſi q̄ ſunt in materia, & poſtmodū ponere iudiciū ſuū, cōſultando alias opiniones, quas non ſequitur. nā ex recitatione opinionū & motiuorū magis luceſcit veritas. nā ſi hoc facit papa, vt patet ex multis iuribus, & nos ſic facere debem⁹. vt plenè & notanter dicit do. Abb. in. c. quęrēti. per illū textū. in primo notabili. de offi. delegati. ¶ Ideo vt nō recedā à doctrina de qua ſupra ¶ Primū pro parte ipſius nobilis eſt præmittēdū, ꝙ in proceſſu prioris inſtātiæ fuit plenè probatū. & ipſi de vniuerſitate cōfitentur ſe eſſe vaſſallos, & ꝙ dicta villa à tēpore cui⁹ initij memoria nō extat, fuit & eſt maioratꝰ cū ſuo territorio, & iuriſditione alta, & baſſa, ciuili, & criminali, mero & mixto impio. iuxta formā tex. i. l. 41. ſupra vt dixi. ¶ Et inſuper dominiū fuit probatū. p alia cōtēta in. l. 1. et. 4. ti. 25. quarta parti. et. l. 1. ti. de las encartaciones. li. 4. ordi. ¶ Ex quo ſequi-

Præmit. ꝙ pte nobilis cō tra vaſal los.

9 tur, ꝙ † dominium comprehendit quicquid eſt intra fines territorij. per. l. ſi fines. C. de euictio. l. ę de ſacra. §. 1. ff. de contrahen. emptio. tenet Bal. in rub. 22. q. C. eo. titu. de contrahenda emptio. ¶ Nam ſicut venditio comprehendit omnia affixa in fundo, vt. l. Iulianus. §. ſi cum. l. ſequen. & ibi Barto. & l. ſi venditor. §. firmus. & l. creditor §. fi. ff. de actio. emptio. & vendi. Barto. poſt glo. in verſiculo. inſtructus. in. l. 2. & in verſi. quæro quando fundus. & ibi Bald. in verſi. ſed pone. C. de verbo. ſigni. & l. fundi §. fundo. cum. l. 2. C. de actio. emptio. & vendi. ¶ Sic dominiū teritorij comprehēdit arbores mōtium, paſcua, & omnia alia contēta in territorio vel diſtrictu, vt etiā tenent notanter Hoſti. & doct. in. c. ſi diligenti. de præſcrip. Ioā an. in. c. nimis. de iureiu. & in. c. fi. de officio archi. omnes tenent ꝙ dominus territorij habet fundatam intentionem quo ad res ſitas intra limites territorij. ¶ Ex quo etiam ſe- *Infert.*

10 quitur, ꝙ † vaſſalli non poſſunt ſcindere arbores, vel montes, niſi ceduas, quæ non ſunt in fructu. vt per Bal. in addi. ad Spe. de locato. verſi. an colonus. Bart. poſt Dinum in. l. diuortio. §. ſi fundus. ff. ſolu. matri. Barto. Cepo. de ſerui. titu. de monte. & 8. q. ¶ Ergo ſententia arbitrorū vt vaſſalli abſq; licentia domini dictę villæ poſſent vti montibus ad ſuū velle, fuit & eſt contra ius, & in graue diſpendium

11 & præiudicium dicti nobilis. ¶ Secundò † dicta ſententia eodem modo fuit iniuſta ex eo, ꝙ dicti arbitri pronunciarunt, vt dicti vaſſalli poſſent ad ſuū velle vti venatione & piſcatione in dicto territorio. ¶ Nam vt dicit tex. in. c. 2. de re iu. lib. ſexto. & Florianus in. l. æquiſsimum. §. fructuarius. ff. de vſu *Secundò*

12 fruct. † vaſſallus non poteſt conditionē domini facere deteriorem. notatur etiam in. c. 1. §. & cōtrario. in fine. de inueſti. de re alie. fac. Et ex hoc non poteſt conſtituere ſeruitutem in præiudicium domini. vt per Bald. in. d. c. 1. §. quid ergo de inueſti. de re alie. fact. & in. l. & in prouinciali. C. de ſeruitu.

13 ¶ Si enim † vaſſalli (vt ſupra) non poſſunt facere conditionem domini deteriorem, nec extirpare ſiluas, nec montes. vt tenet etiam Bald. in. l. 1. 2. col. in verſ. ſed pone. el. 2. C. de iure emphiteo. nec poſſunt vti venatione, nec piſcatione ad ſuum velle contra voluntatem domini. igitur ſententia in contrarium prolata. &c. ¶ Et ꝙ in hoc fiat præiudicium & magnum dominio dicti nobilis, tenet notanter Bald. in addi. ad Spe. in. d. titu. de loca. in verſi. colonus. & in locis, quibus ſupra. patet melius in pragmatica regni. folio. 89. quæ loquitur in conſeruatione montium. ¶ Tertiò colligitur ex his & infra di- *Tertiò.*

14 cendis, ꝙ † is qui habet primas cauſas in loco, vt eſt dominus loci, poteſt ſtatuere, quòd ſiluæ, montes, & paſcua, venatio, & piſcatio non extirpentur. tenet notanter Bald. in. l. is cuius. ff. de aqua pluui. arcen. Bald. plenè in. l. fi. 2. colum. ver. ſed nunquid

15 per ſtatutum. C. de ſeruitu vbi etiam dicit, quòd † poteſt tollere appellationem per ſtatutum. Idem dicit in. l. fi. C. de conſti. pecu. ¶ Iudices ergo, qui per ſententiam pronunciauerunt, quòd ad ipſos pertinebat vaſſallos ſtatuere ſuper hoc vehemen-

 ter

Quartò. ter prȩiudicauerunt dicto nobili.&c. ¶ Quartò †
16 vaſſalli ſunt vt feudatarij,aut inquilini, vel vt vſu-
fructuarij.tenet Pau.de ca.in.l.1.ff. ad trebellianũ.
ſed hi non poſſunt diſsipare feudum, vel fundum,
aut proprietatem rei,nec illam deteriorare,vt tenet
Ioannes Andreas in.c.apoſtolicæ.1. col. in fine de
re iudi.in ſexto.in nouella. ⁋ Ideo vaſſalli malè vtẽ
17 tes,poſſunt prohiberi.lib.ſexto.titulo octauo.quin
ta partita.l.ædem.C.loca.cum ſimili. ¶ Et † ſi feu
datarius aut vaſſallus habet vtile dominium.nega-
ri non poteſt,quin dominus loci habeat directum.
Ita dicit Bal.in.c.præterea.& ibi gloſa capituli cor
radi.& in.ca.1.quibus mo feu.ami. Inno.in.d.c.ſi di
ligenti.& ibi do.Abb.3.colu.de præſcriptio.Spec.
in titu.de loca.§.6.ſed habens vtile dominium ni-
hil poteſt facere in præiudicium habentis dire-
ctum,aliàs poteſt priuari.vt per Bal.in.cap.ad hęc.
in fine.de pace iur. fir.docto.in.d.l.2.C.de iure em
phi.igitur. &c. ¶ Inſuper Ray . Dinus. Bal.An-
ge.& Alex. in leg.diuortio.§.ſi fundum.per illum
tex.ff.ſolu.ma.& in.l.in fraudem.§.ſi conductor.&
ibi Bar.ff.de iure fiſci.dicũt,ꝙ emphiteota fructua-
rius,& ſimiles,qui habẽt vtile dominiũ & ius in re;
non poſſunt arbores fructiferas ſciudere. Refert ta
men Pau.de ca.in.d. §. ſi fundum. quoſdam dicere,
quòd ſi emphiteota,vel alij, de quibus ſupra , loco
inciſarum ſubſtituant alias ſimiles,quòd ideo poſ-
ſunt incidere arbores fructiferas per dict. §. ſi con-
ductor à contrario ſenſu.Sed ipſe dicit hoc verum
in arboribus vetuſtis adeò,vt vtilis erat fundo il-
las incidere,& alias ſubſtituere . ita dicit ſe intelli-
gere.d.§.ſi conductor, ¶ Hoc idem voluit Ang.in
l.ſi colonus.ff.arbo.fur. cæſa. pro quo facit. l. agri.
ff.de vſufru.iuncta.l æquiſsimum.eo.ti.§.1. ⁋ Sub-
dit etiam Bal.in.d.§.ſi fundus.quòd emphiteota in-
cidens arbores fructiferas,non dico pro reparatio-
ne fundi , poterit expelli ab emphiteoſi , quia rem
dicitur facere deteriorem.authen. qui rem . & ibi
Bal.C.de ſacro ſanctis eccleſijs.ſed pleuè ſuper hoc
Alex.in dicto.§.ſi fundus.pro quo tu habes tex.in.
l 27.titu.11.quarta partita.quæ ſupra fuit à dicto . §.
18 ſi fundum.dic.l. diuortio.ff. ſolu. ma: ¶ Quinto †
Quintò. domini terrarum ſunt lex viua in terris ſuis. Bald.
in leg.precibus.3.oppoſi. C.de impu.& alijs. ideo
poſſunt ipſi , non vaſſalli,ſtatuere ſuper ipſos vaſ-
ſallos & rebus ſuis , maximè ſuper conſeruatione
19 rerum publicarum vt ſupra. ¶ Hinc eſt , quòd †
Infer. domini terrarum habent fiſcalia iura in terris ſuis,
& poſſunt ſibiipſis pœnas applicare , & ſubditos
multare,non ſolum ex contractu vel priuilegio, ve
rum etiam ex præſcriptione.ita Bald.in.l.1.in fine.
C.de hære.ven. ¶ Si enim omnia ſupra dicta ſpe-
19 ctant ad ipſos dominos terrarum, ſequitur quòd †
ipſi populares, aliàs vaſſalli , non poſſunt ſibiip-
ſis ſtatuta facere , nec ſeipſos multare, pœnas ſibi
applicare,nec terminos rumpere contra.l.5. ti.3.li.
20 7.ord. ¶ Ciuitas † enim,et multominus villa,quȩ

iudicio ruſticorum gubernatur , non poteſt ſtatuta
facere,per quæ bona applicẽtur villæ propter deli-
21 ctum.vt.l.a.de bonis va.li.10. ⁋ Et eſt ratio , quia †
non habent cognitionem cauſarũ ciuilium nec cri-
minalium, merũ nec mixtũ imperium.l.per.defen
ſorem.C.de defenſo.ciui.tenet Bal.in.l.cunctos po
pulos.vltima char.C.de ſũma tri.& fi.catho.l.prę-
ſides.C.de epiſco.audi.Bal.in l.q̃quam.2. col. in.fi.
ver.alia ſolu.eſt ꝙ iſte.C. de ſentẽ.q̃ ſine certa quã,
proſe. ¶ Puniũtur enim ſtatuta faciẽtes, ſi non ha
bent iuriſditionẽ.,vt per Bar. in.l. oẽs populi.5. col
ver.8.quæro.ff.de iuſti.& iure. ⁋ Propterea ciuita-
ti,nec villę nõ acqritur per ruſticos.vt p Bar.in.l.ſti
pulatꝰ.in.§.griſogonus.1.col.&.1.opp.ff. de verbo.
obli. ¶ Statuta enim ipſorũ de populo ſunt impſe
cta,niſi à ſuperiore cõfirmẽtur. Iõ ſeruari nõ debẽt.
tenet Pau.de Ca.in.l.ſi quando.nu. 4.de lega 1.me-
lius.in,l.3.&.5.ti.2.1.parti. ⁋ Si enim per ſententiã
arbitrariam abſq; probatione datur facultas, imò
verius poteſtas & iuriſditio ipſis iudicibus ruſti-
cis ſtatuendi,ſequitur quod ſuperius dixi. ⁋ Sex- Sextò.
22 tò ex ſupradictis ſequitur,quòd † ſi loca maioratus
ipſorũ ſunt dominorum, ad ipſos dominos ſpectat
recipere in vaſſallũ quem voluerint. Et ſic recipe-
re medicos,chirurgicos, malleatores,& alios ſimi-
les,nõ tamen ad ipſos populares.ita dicit tex.ſingu
laris in.c.1.de.l.corradi.Pau.de. Ca.cõſi.139.incipiẽ
te.dubiũ facit circa prinmum.in fine. ¶ Septimò.
23 poſunt † vt domini in caſu neceſsitatis ſuper ſub- Septimò
ditos ſuos imponere charitatiuũ ſubſidium. tenet
notãter Bal.in.l.1.in fine.C.de operis liber.et ſic ad
nubendũ ſilios vel filias,vt domini dictæ villæ ex
multis retroactis temporibus ex conſuetudine fe-
cerũt.quod etiam tenet do. Pe.de raue.in ſuo alpha
be.aureo in parte incipiente.dum eſſem.fo.158.vbi
dicit. dum eſſem in partibus Pomeranię fuit inter
rogatus quidã princeps volẽs maritare filiã ſuam,
an poſſet imponere collectam ſubditis ſuis. & re-
ſpondit quod ſic,quãdo ex ſuo nõ poteſt dotẽ con-
ſtituere.ad quod allegat Albe.quem allegat Alex.
in.l.placet. de exactionibus numerorum li.10. vbi
enumerat plures caſus , in quibus dominus poteſt
imponere collectam ſubditis ſuis. quãdo ex ſe non
poteſt facere. ⁋ Vide etiam ſup hoc reuerendiſsi-
mum archiepiſcopũ Florẽ.2. parte ſuæ ſummæ.ti.
1.c.13.§.2.& Aluarũ pelaez. de planctu eccleſiæ. ar
ti.43.fo.147.ver.q̇ro pecãt.& An.Sicu.in.c.nullus.
in fine.de pigno.Cùm ergo domini dictæ villæ ab
antiquo ſint nobiliſsimi generis,& eorũ facultates
non ſufficiunt ad dotandum filias ſuas vt decet
ſecundũ ſtatũ ipſorum, ſequitur ex conſuetudine
ſupradicta quòd poſſunt ſuper ſubditos ſuos impo
nere ſubſidium ad nubendum filias ſuas. Et con-
trarium iudicantes , fecerunt contra iura probata.
vt dixi, conſuetudine & neceſsitate dominorum.
24 ⁋ Et † nõ ſolũ nobiles inueſtiti de rebus maioratus
poſſunt ſubditis ſuis collectas,et talias,vel ſubſidia

imponere vt ſupra verum etiam forenſibus pro re
bus,quos poſsident in diſtrictu & iuriſditione di
ctorum nobiliū,ſi hoc habent ex conſuetudine.40.
annorū,& amplius,vt plenè & notanter ſcribit do.
Io.Fran.Balbus in dicto tracta pręſcrip. 2. parte.5.
partis principalis.q.6.fol.39.p totā quęſtionē. vbi
25 vide. ❡ Octauò.ex ſupra dictis infertur,ꝙ † vaſſal
Octauò. lus tenetur recipere in hoſpitem dominū & fami-
liā ſuam.ita dicit tex.in.l.2.&.7.ti.11.lib. quarto or-
Sententia pro vaſallis. dina.igitur contrariū iudicantes.&c. ❡ Sed multa
in contrariū allegantur ex parte vniuerſitatis dictę
villę de Villel,per quę intuntur excludere funda-
Primò. menta & iura dicti nobilis. ❡ Primum,ſi in cōpro
miſſo fuit dictū,ꝙ arbitri iudicarent ſecundū ius,
nulla probatione recepta,ſed tantū(vt dixi)ſecun-
dū ius ſine inſpectione ſententiarū, quæ datæ fue-
runt in fauorem dicti nobilis: & tunc ipſi dicūt vaſ
ſalli,ꝙ iuſte & iuridicè fuerūt abſoluti ab his,q̄ pe-
tebantur ab ipſo domino. ☞ Nam de iure naturali
omnes homines liberi naſcebantur,& ſunt. præter
quā ſi quis probat contrariū vt in §.iure enim natu
rali.inſti.de iure natu.&.c.ius naturale.1.diſ. vbi di
citur. Eſt cōmunis omniū poſſeſsio, eſt vna liber-
tas omniū,acquiſitio eorū,qui cęlo,terra,mariq; ca
piuntur. Et ſic dicunt ex hoc,ꝙ ipſi de vniuerſita-
te,& eorū bona liberi ſunt.cū aliter non probatur.
Secūdò. ❡ Hinc etiā dicūt et affirmāt,ꝙ in ipſis rebus ſuis
dictus nobilis nō potuit imponere nec ab eis exige
re collectas,pedagia.vllaſq; impoſitionis, annona;
vel tributa,ſed potius incidiſſe in pœnā amiſsio-
nis omniū iurium & bonorū ſuorū.per tex. in.l.1.
Tertiò. &.3.& q̄ſi per totū ti.10.li.6.ordi. ❡ Tertiò dicūt
ſe liberos eſſe ab exactione ſeptē ſolidorū: cū ipſi
vaſſalli, aut aliq ipſorū ad aliū ſe trāſferūt locū cau
ſa mutandi domiciliū:cū ſit iure cautum,ꝙ quis de
vno domicilio ad alium libere tranſire poſsit. ſol-
uendo tributa conſueta pro rebus ſtabilibus vel re
manentibus in loco.vt.l.1.ti.6.li.7.ordina. cū ſimi.
Quartò. ❡ Quartò dicūt, ꝙ filii dictorum vaſallorum poſi
ti in diuerſo fumo ite à patre. non tenentur ſoluere
fumatū,ſi pater ſoluit fumatū.p.l.ſi hi qui de filiiſ-
fa milias,& quēadmodū pro his pater teneatur.lib.
10.tenet Bal.in addi.ad Spe.ti. de feudis. ver. ſunt
plures.ideo nobilis iſte non potuit exigere, aliàs
extorquere à filiis vaſallorum fumatum vt hucuſq;
fecit.ex quo parentes ipſorum ſoluunt fumatum.
Quintò. ❡ Quintò vehementer affirmant, ꝙ licet ipſi va-
ſalli ſoluerunt ipſi minori ſuiſq; prædeceſſorib⁹ tri
buta per tēpus.20.vel.30. annorum vltra modū in
inueſtitura deſcriptum.vel abſq; deſcriptione,non
poſſunt compelli ad ſoluēdū in futurum: & ꝙ pen
ſio ſoluta fuit per errorem,quod in ruſticis præſu-
mitur. per lege errorem. C.de iuris & facti igno.
notatur in lege errorem C.qui admittitur plenè &
notanter do.Io an.Frā.Balbus in dicto tracta præ-
ſcriptio.1 parte.3 partis princi.nu.36.clarius in di-
cta pragmatica. 94.per Bart.& doct.in leg. cum de

in rē verſo.ff.de vſuris.& in.l.ſi certis annis. C. de
pactis.☞ Vel meli⁹ præſumitur ſoluiſſe tributa per
vim vel metū.vt dicit Io.An.in.c.1.col.1 in fi. ver.
ponit exēplu in noue. de præſcriptione. in ſexto
Bal.i.ti.d pace cōſtā.§.itē in ſocietatē.2.col. ❡ Sex
26 tò dicunt & affirmant,ꝙ † auus iſtius nobilis ſim- *Sextò.*
pliciter ſub certa pēſione cōceſſit ipſis vaſallis quæ
dā paſcua ad paſcendū boues & iumenta,& paſcua
diu per tēpus.40.annorū & amplius tenuerūt tan-
quā emphiteotæ.& pro ea præſtiterunt debitū ca-
nonē. Ex quo præſumitur illam habere in emphi-
teoſim. ☞ Propterea dicit Bar.in.l.iuriſperitos.in le
ctura nico.in princi.ff.de excuſatio tuto. ꝙ cōduc-
ce is ſine certo tēpore,vel ad beneplacitū, intelli-
gitur in perpetuum:itaq; dictus nobilis non conſe
quitur dicta paſcua vel prata à dictis vaſallis. per
gloſ.ſatis notandam in leg 2.gloſ.magna. ad finem.
C. de iure emphiteo. Iaſo. in ſuo tractatu de iure
emphiteo colu.32. Alex.in l.qui in aliena.in prin-
ci. .col. verſ.itē inferebat hic Ang.ff. de acqui. hæ-
re et cōſi.70.incipiēte.circa primum de quo quæri
tur.3.col.ver ad idē.pr mo.volu. Felinus in.c.ſicut.
de re iudi.15.col.plenè do. Ioā. Frā. Balbus in dicto
tractatu.1.parte.3.partis princi.nu. 41. vbi dicit, ꝙ
magis cōmunis concluſio eſt,ꝙ ſi quis diu poſſedit
rē vt feudalē vel emphiteoticā, præſumitur cōceſ-
ſionē rei emphiteoticę vel feudalis in perpetuum
ſolēniter pręceſsiſſe, & inducit præſcriptio conceſ
ſionis feudi vel emphiteoſis reſpectu priuati. licet
reſpectu eccleſiæ non præſumitur facta conceſsio,
niſi vſq; ad tertiam generationē ſecundum formā.
§.emphiteoſim.in authen.de non alienan colla.2.
☞ Iſtam concluſionem tenuit,& clarius Bart. in.l.
cōperit.C.de præſcriptio.30.vel.40.annorum. vbi
dicit.ꝙ ille,qui ſoluit canonē tanquā emphiteota.
per.30.vel. 40.annos, & tanto tempore rem aliquā
poſſedit vt emphiteota.præſcribit ius emphiteoti
cum.& vtile dominium,ſalua canonis pręſtatione,
quāuis iura emphiteotica nunquàm fuerint eis.cō-
ceſſa.quod etiam tenet ipſe Bart.in.l.3.§.ex contra-
rio.1.vel 2.col.verſi.2. contra Dinum. & ibi notant
omnes docto.ff de acquiren.poſſe.refert & ſequi-
tur.do. Ioan. Franci. Balbus.in.d.tracta.pręſcriptio.
4.parte.4.partis princip.9. q.nume. 34. ☞ Sequitur.
ergo, quòd iſti de vniuerſitate poſſederunt dicta
prata vt emphiteotæ per tempus.40.annorum, &
amplius,igitur non iuſtè dictus nobilis volebat il-
la auferre ab eis,& per conſequens ſententia arbi-
trorum prolata ſuper hoc in ſuum fauorem fuit in-
iſta. Adeò,quòd ſi illa eſſent maioratus, eſſent præ
ſcripta dicto ſpacio.30.vel.40.annorum. argu. eo-
rum quæ dicit Iaſo in l.filiuſfa.18.colū. prope me-
dium.verſi.decimoſexto quęritur.& ibi Bar.de le-
ga.1.vbi dicit.quòd res prohibita alienari pōt præ
ſcribi ſpacio triginta vel quadraginta annorum.
27 ❡ Septimò dicunt ipſi de vniuerſitate, quòd † li- *Septimò.*
cet homines illius villæ fuerunt ad molendum in
EE 3 mo-

molendino dicti nobilis, vel ad coquendū in furno
ipſius per longiſsimum tempus, non cenſetur præ
ſcriptum, vt nō poſsint molere, vel coquere in alio
loco. vel ꝙ non poſſunt prohiberi facere alium mo
lendinum, vel furnum, ceſante priuilegio, vel ſtatu
to. vt tenent canoniſtæ. Abb. & Prępoſitus in. c. ſi-
gnificante. vbi bonus tex. de appellatio. & in plu-
ribus locis, quos refert do. Ioan. Frau. Balbus in di
cto titu. de præſcriptio. 4. parte quintę partis prin-
cipalis. 5. q. nu. 16. Itaq; ſi per ſententiā arbitrorum
fuit ſibi data facultas molendi & coquēdi quo ma-
luerint, vel faciendi alium molendinum, ex hoc
Octauò. non fuit dictus nobilis grauatus. ¶ Octauò, da-
28 to quòd † eſſet grauatus, impugnare non potuit
ſententiam arbitrorum. nam & ſi minor erat. 15. an-
nis, in compromiſſo facto per eum, & curatricem
ipſius, interuenit decretum iudicis, præmiſſa in-
formatione de vtilitate minoris, iuxta ea. quæ di-
cit Bald. & alij in. l. ſi præſes. C. de tranſactio. vbi di
cunt, quòd in compromiſſo facto per minorem,
vel eccleſiam ſuper re immobili, requiritur iudi-
cis decretum, ſicut in alienatione, & valet: dum
tamen decretum interueniat in ipſo, compro-
miſſo, non in laudo. vt ſentit tex in lege mater tua,
C. de rei ven li. vbi ratificatio venditionis inuali-
dæ ex defectu ſui conſenſus confirmat actionem,
& non nouam producit, & ex antiqua deſcēdente
ex primo contractu agitur ad pretiū. ¶ Ideo dicen-
dum, ꝙ ſuper cōpromiſſo debet interuenire aſſen-
29 ſus, & non in laudo ¶ Quia † laudum deſcendit ex
compromiſſo, & eſt laudum executio compromiſ-
ſi. ¶ Bene facit. l ſi prędium. C. vbi decre. opus non
eſt. & l. 1. §. 1 & l. magis puto. §. ſi pupillus. & l. ſi. ff
de rebus eorum. vbi ſi ille, qui promiſit vendere
rem ſtabilem mortuus eſt relicto pupillo, ſi pupil-
lus vendit, in iſta venditione non requiritur decre
tum iudicis, quia iſta non eſt alienatio, ſed execu-
tio promiſsionis factæ per defectum de alienando.
Et bene facit ad ſupradicta. l. minorū. C. de prædiis
minn. dixi in. l. 57. in gl. fi. ſupra. vbi bonus textus.
¶ Vbi enim interuenit authoritas iudicis, non
præſumitur deceptio, ſed omnia cum cauſa, & ſo-
lenniter acta. vt ibi dixi. ¶ Item ſuper his fuit ſti-
pulata pœna duorum millia ducatorum cum iura-
mento de parendo iudicio arbitrorum, & non con
trauenire ſententiam, & amplius de non petendo
abſolutionem vel relaxationem à iuramēto, etiam
ſi prædicto nobili eſſet conceſſa à ſummo pōtifice
motu proprio, nec ad agendum, vel excipiendum.
Iurauit inſuper non petere reſtitutionem in inte-
grum. ¶ Sed quia dictus nobilis per ſe vel per
ſuum procuratorem impugnauit dictam ſenten-
tiam, appellauitq; ab ea, & contra eam dixit de nul
litate, & petit reſtitutionem in integrum, ipſi vaſ-
ſalli vehementer affirmāt, ꝙ non debet audiri, ſed
in pœnam dicti cōpromiſsi condēnari. Hinc dicit
glo. in authē. de iudi. in. §. quia verò. el. 2. ſuper par-
ꝙ erit tot dierum,quot habet ille menſis in quo aſ-
ſignatur ipſa dilatio: & ſi quid lapſum eſt de illo
menſe,ſupplebitur in mẽſe ſequenti.Ideo ſi aſsigna
tur dilatio mẽſis de menſe Auguſti,erunt 31.dies.ſi
aſsignatur de menſe ſeptẽbris. erunt.30.ſi de mẽſe
frebuarij,erunt.28.ita dicit glo.in c.quã ſit.de elect.
lib.6.voluit Bar.in.l.cum biſſextus.ff. de verbo. ſi-
gni.Bal.& Ino.in.l. de diuiſione. ff.ſolu. matri. &
Bald. in.d.§. ſinautem. & aliquid in. d.c. ſuper eo.
¶ Sed quia in quarta fallentia dixi,ꝙ in dilatione
expectatoria, quæ datur parti veniat dies termini
non computatur in termino,vide Bal.in.l.vt perfe-
ctius.2.col in fine.verſiculo nono.C.de annali ex-
ceptio.vbi dicit,ꝙ dies citationis quãdoq; compu-
tatur in termino,quandoq; non,ſecundum eius for
mam.allegat Spe.in.ti.de exceptio.§.viſo. ver. item
nota ꝙ ſi citatio.idem Bal. in.d.§. ſinautem. ¶ An
& quando dies termini computetur in termino,vi
de per tex.docto.et Pau.de Ca.in.d.l.1.§.ſi quis cau
tio.& ibi dicit, ꝙ in hoc in dubio eligenda eſt illa
via,per quam vtriq; parti conſulitur,& quæ minus
Qõ. eſt oneroſa per. d.l.1. ¶ Sed pone circa materiam
84 iſtius legis ꝙ † vltima dies.10. dierum vel alterius
dilationis incidit in diem feriatum, eſt dubium an
arctat illum,cui data fuit,cùm illa die non poſsit fa
cere quod feciſſet,ſi non fuiſſet feriata. Inno.in.d.c
ſuper eo.de appella.tenet ꝙ non arctet, & ſic dila-
tio erit nulla. Alij dicunt contrarium, quia ſaltem Contra.
debet hoc facere die ſequẽti. Alij dicunt ꝙ die præ
cedenti non feriata. Sed vide de hoc per
Cinum in. l. fi. C. de
ferijs.et in Spe.de cita.§.1.ver.itẽ obijcitur ꝙ citatio.
& de dilatio §.1.ver.ſed pone.el.1. ¶ Et ꝙ debeat ex-
pediri prior die præcedẽti,quãdo vltima dies dila-
tionis eſt feriata vide tex.in.l.2.in fi.C.de tẽpo.ap-
pellatio.& ibi per Bar.Idem tenet & infert Pau.de
Ca.i.l.ſiue pars.3.col.ver.vltimo q̃ro.C.de dilatio.
¶ Vbi etiã dicit.pone ꝙ totũ tẽpus dilationis eſt
feriatum,putà in ſeptimana ſancta cũ tribus diebus
ſequẽtibus,quod tẽpus eſt feriatum. vt l.1. titu. de
las ferias ordina. & citatus primo vel ſecundo die
ſeptimanæ propoſuit reus ſuas exceptiones contra
executionẽ contractus vel ſententiæ. nam tunc di-
cit Pau.de Ca.ꝙ Hoſti. & do. Anto.in.c. licet cau-
ſam.de probatio.tenent,ꝙ tunc non currũt.10.dies,
aliàs dicta dilatio. Et idẽ dicũt in omnibus caſibus,
in quibus tempus feriatum abſorbet totam dilatio
nem,vel maiorem partem.dicũt enim, ꝙ tunc non
incipit currere dilatio,niſi finitis ferijs,vel niſi tem
pus feriatum deducatur de dilatione. Alij dicunt,
ꝙ ſibi imputet,qui ſe tantum arctauit ad proponen
dum exceptionem.nam hoc euenire proſpicere de
buerat. vt.l.ſi quis.§.1.ff.loca.& quia non ſuccurri-
tur ei,qui ſe arctauit.l.3.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis
cautio. ¶ Sed dic vt ibi per Bar. quia etiam alia di-
cit circa hoc,& eſt pulchra quæſtio in materia iſtius
legis. aliquid etiam.in.l.tempora.C.de tempo.app.
85 & ibi Pau.de Ca. ¶ Item quæro † an dies ceptus
in caſu iſtius legis computetur pro tota die.& quid
in præſcriptionibus.& tene ꝙ ſic,per tex.in.l.vſu-
capionibus.& ibi Pau.de Ca.ff. de vſucap. ¶ Idẽ
tene in ſolutione gabellarum, quia dies in qua fit
venditio,in quacunq; parte diei fiat venditio, com
putatur pro tota die. vt.l.120. in principio. quater-
no gabellarum.

Adde. ¶ Idem dicit Baldus.in lege.à caliga-
to.C.de nuptiis. & ibi vide quan-
do dies termini computatur in ter-
mino.

i ¶ Y paſſados.debent vẽdi bona in quibus fuit
86 facta executio,vt ſequitur.Sed quæro † reus oppo-
ſuit ſuas exceptiones intra terminum executionis,
& intra.10.dies à tempore oppoſitionis produxit
teſtes ad probandum ſuas exceptiones: ſed teſtes
nõ depoſuerũt in termino,eſt dubium,an poſt ter-
minum poſsint recipi dicta teſtium,an debent pro
duci teſtes,& deponere intra.10.dies qui dantur ad
probandũ exceptiones,ꝓpoſitas.&c. ¶ Videtur ꝙ
teſtes,ꝓducti in termino poſſunt deponere extra
terminũ.vt tenent cõmuniter ſcribẽtes.& Abb.in
c.lice

c.licet cauſam.3.col.de ꝓbatio.& docto.in.l.ſi quã-
do.C.de teſti.Contrarium tene, imò teſtes debent
produci & deponere intra terminum, aliàs iudex
præcipiet venditionẽ fieri.quod probatur ex.l.iſta
cum cõcor.quia dicit, ꝙ ſi debitor non probauerit
ſuas exceptiones in-
tra.10.dies à die oppo
ſitionis, debeat fieri
venditio bonorũ:ſed

sino ꝓuare la dicha
excepcion,[k] que el re

tu habes ꝙ non dicitur probatũ per teſtes,qui non
dum depoſuerunt,vt habetur in Spe.de teſte.§.qua
liter.verſi.is quoq;.igitur.&c. ¶ Facit etiam ad hoc
dictum Bar.in.l.ſtatu.liberũ.§.ſtichus.de leg.2. vbi
dicit,ꝙ illud qđ debet fieri in termino, non poteſt
fieri poſt terminum. notatur etiam in.l.mancipio
rum.ff.de optio.lega.& in.l titia.ff.de accuſatio. &
in.l.ſi ea.C.qui accuſa.non po.&.c.cum in tua. qui
matri.accuſa.po.tenet Bal.in.l.acceptam.21.q.C.de
vſuris &.l.ſi eo tempore. vbi idem Bal.C. de remi.
pigno.probatur ex.d.l.5.ibi.ſi haſta diez dias mo-
ſtraren. & quaſi in fine.dum dicit. & ſi no prouare
al dicho termino. ¶ Ad quod etiam facit ſingulare
dictum Bal.in.l. in contractibus.§. ſuper cęteris.C.
87 de non nume.pec. vbi inquit, ꝙ † ſi in termino te-
neor aliquid probare,ſi poſt terminũ produxi po-
ſitiones,non teneris ad eas reſpondere. ¶ Idem di-
cunt docto.& Bal.in.l. generaliter.C.de rebus cre.
& iureiu.& in.c.ſi.eo.ti.de iureiu. ¶ Quod eſt ve-
rum cum hoc temperamento, ꝙ licet res in quibus
facta executio vendatur,ſi reus dicit habere ſuos te
ſtes extra locum exequentis,& petit dilationes ad
probandum ſuas exceptiones,debent ſibi concedi
vltra.10.dies ſecundũ formã textus in. d.l.5. quam
vide,& tene mẽti,quia clauis eſt aliarum legum in
materia loquentium. ¶ Et inquantum dicũt doct.
in dicto.c.licet cauſam.de proba, ꝙ teſtes producti
in termino poſſunt deponere extra terminum: eſt
verum,niſi requiratur, ꝙ in termino fiat probatio.
quia tunc teſtes producti in termino debent depo-
nere in termino.vt per doctores ibi.& ſic eſt ĩ caſu
iſtius legis vt ex ea apparet,& ex dicta lege.5.& ita
obſeruatur. ¶ Præterquam ſi iudex requiſitus refu
taret recipere teſtes,quia tunc culpa, vel dolus iu-
dicis non debet nocere parti.per regulam. Non de
bet.lib.6. ¶ Qualiter enim probari poſsit,ꝙ elapſi
ſunt.10.dies,vt deinde exceptioni propoſitæ pro-
bari nec iterum proponi poſsint, dic ꝙ per inſpe-
ctionem actuum.vt per Bal.in authen.offeratur.pe
nulti.col.in fi.C.de litis conteſta. ¶ Et nota, ꝙ ter
minus ſtatutus in executione ſententiæ ſuccedit lo
co litis conteſtationis,quia his caſibus non conte-
ſtatur lis.tenuit Cinus in.l.nihil.C.de procura. no
tatur in.c.1.de elec.lib.6.Bal in additio.ad Spec.tit.
de ſenten.11.col.verſi.in caſibus.in quibus.

88 k ¶ La dicha excepcion.Quæro † quę exceptio
nes poſſunt proponi in executione ſententiæ, vel
contractus.Poteſt dici,ꝙ quinq; tantummodo ex-
ceptiones, de quibus fit mentio in lege quarta.ti-
tulo de las excepciões.in ordina.vbi dicitur, ꝙ alię
exceptiones non admittuntur,præterquã illę,de q-
bus in.d.l. ¶ Hinc dixit Bal.in.l.fina. in fine. C. de
compenſatio.ꝙ aliæ exceptiones quàm permiſſæ
per ſtatutum non ad-
mittũtur. nã iudex in
admittẽdis exceptio-
nibus debet vti ſtri-

mate ſe haga como
la dicha ley lo diſpo

cto iure.ſ.ſeruãdo formam ſtatuti. Attamen idem
Bal.in lege.ex prędijs.C.de euictio.dicit. ꝙ exce-
ptio rei non traditæ poteſt opponi contra inſtru-
mentum,ſtante ſtatuto,ꝙ contra inſtrumentum cõ
feſsionatum nulla opponatur exceptio, ¶ Idẽ Bal.
lege prima.vltima col.C. plus vale. quod agi.dicit,
ꝙ exceptio,quę non ſit inſtrumentum, vel ſenten-
tia,poteſt opponi,etiam ſtante ſtatuto,ꝙ contra in
ſtrumentum,vel ſentẽtiam,nulla poſsit opponi ex
ceptio. ¶ Idẽ tenet Bar.in.l.diuus Traianus.in prin
cipio.ff.de teſta.mili.& in lege.1.§. & parui.ff. qđ
vi aut clam. ¶ Item exceptio contrariæ ſententię,
vel nouatio.vt tenet Bal.in.l.ſi cauſam.C.de execu
tio.rei iudi. ¶ Item poteſt opponi exceptio præ-
ſcriptionis.tenet Anto.de Bu.in.c.ex parte.el ſecũ
do.de officio dele. ¶ Sed contrarium tenet Ioan.
de Imo.in.l.1.§.interdum.aliàs. in.l. quæſitum. 26.
col.ff.à quibus app.non licet.& Bal.in l.ita pudor.
C.de adulte. ¶ Quod eſt verũ, niſi talis exceptio
poſsit probari incontinenti,vel liqueat inſpectio-
ne inſtrumenti,quia tunc poteſt opponi, non ob-
ſtante dicto ſtatuto.Notat Ioãnes And.in addi. ad
Specu.titu.de executio.ſententiæ.§.poſtremo. ver
ſiculo.16.in fine.& Specu.ibi.& Antonius de Bu.
vbi ſupra.Ange.de Are.in.d.l.quęſitum.& Bal. in
lege prima.5.col.C.de condi.inde. ¶ Pone exem
plum pro iuuenibus.Hodie de iure regni ſenten-
tia vel contractus non poſſunt executioni manda-
ri poſt.10.annos.vt.l.ſupra proxima.& lege quarta.
titulo de las preſcripcio.in ordinamen. ſi tamen iu
dex ad petitionem creditoris præcepit inſtrumen
tum exequi,vel ſententiam,& opponatur,ꝙ nõ po
tuit exequi eo ꝙ ius exequendi erat præſcriptum
lapſu decem annorum,quod apparet, vel poterat
apparere ex inſpectione inſtrumenti vel ſentẽtiæ,
talis exceptio admitti debet contra executionem,
¶ Quia,vt dicit Bar.in dicto.§.& parui.omnis ex-
ceptio, per quam à principio abſorbeatur omnis
ſubſtantia contractus,poteſt etiam opponi in exe-
cutione inſtrumenti;ſtante ſtatuto,vel lege,ꝙ non
admittantur,niſi certę exceptiones.quod etiam tẽ
net Floria.in lege.ſi cui.ff.de ſerui.putà, ꝙ inſtru-
mentum non eſt ſubſcriptum ſubſcriptione debi-
toris iuxta formam cuiuſdam ordinationis de Se-
gouia appoſitæ in pragmaticis regni. folio ducen-
teſimo quadrageſimo. Itẽ poteſt opponi exceptio,
ꝙ contenta in inſtrumento non ſunt vera,ſecundũ
Ange.in.l.iuriſgentium.ff.de pactis. per gloſ. in.l.

reos

reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.reis. ❡ Item exceptio compenſationis poteſt opponi in executione ſententiæ vel cõtractus.vt.l.ex cauſæ.C.de compenſatio.& ibi Bal.& in.l.de hæreditate.C.de peti.hære.Alex.in additio.ad Bar.in.l.1.C.de iuris & facti igno.ĩ parte.poteſt opponi.Et eſt ratio ſecundum eundẽ Bal.in.l.filium.10.co.C.fami.her.quia cõpenſatio eſt ficta ſolutio.

ne ſin embargo de qualquier appellacion [1] que de ello ſe interpuſiere, dando el creedor fianças, como la dicha ley lo mãda. E porque nueſtra merced y voluntad es q̃ la dicha ordenãça aya complido efecto, porende mandamos, que lo contenido en ella ſe guarde, y cũpla, y

89 Adde. Fallit † in caſu quo quis petit decimas ſibi debitas, quia non poteſt ei opponi exceptio compenſationis.glo.eſt ſingularis, quam ignorant legiſtæ.in.c.decimę.15.q.1.quam exaltat Lud.ſingulari ſuo.545.voluit dicere in.c.decimæ.16.q.1.quę glo.dicit,ꝙ contra ſacerdotem petentem decimas nõ poteſt obijci exceptio compenſationis. Et addit rationem.
90 Quia † ſi fiſco petenti tributa nõ poteſt obijci cõpenſatio.vt.l.3.C.đ cõpẽ.&.l.aufertur.§.cõpẽſa.ff.de iure fiſci.Ergo multo magis nec in decimis q̃ debentur.vt in.c.tua nobis.de decimis. ❡ Aduerte tu iuuenis legiſta vel canoniſta ne deciplaris intelligendo.d.gl.ſimpliciter,prout intelligit do.Ludo.Ro.quia procedit tantum in caſu, quo presbyter peteret decimas à parochiano ſuo,& parochianus opponeret presbytero compenſationem de debito,quod ſibi debetur ex cauſa non coæqualiter priuilegiata,vel ſi eſſet ita priuilegiata, nõ eſſet ita liqda,ꝑut illa,q̃ petitur à ſuo p̃sbytero & ſic intelligo.d.gl. ❡ Si tñ p̃sbyter peteret decimas à p̃sbytero rõne alicuius prędij qđ ipſe dedit in culturã, & alter opponit,vel obijcit,ꝙ & ipſe in ſua eccleſia habet beneficiũ vel p̃dium,rõne cuiꝰ debentur ei decimę,ſi ſunt ęquales,valeret cõpẽſatio,& poſſet obijci & opponi iſta exceptio cõpenſatiõis, nã par ſolutionis eſt cauſa.dũ tñ fiat cõpenſatio (vt dixi) de liquido ad liquidũ.Et ꝙ ita intelligatur.d gl.legiſtæ habẽt tex.expreſſum.& ibi gl.in.l.1.in ꝑte.ſtatio.C.de cõpen.vbi tex.ꝙ cõpenſatio cõtra fiſcum debitorẽ & creditorẽ ex diuerſis cauſis nõ admittitur: ſecus tñ ſi ex eadẽ cauſa,vel ſimili. vt ibi dicit gl.ſupradicta.&.l.in ea.eo.ti.& vtrobiq; docto.& Bal.Idem Bal.in.l.1.col.2.ver.qđ fiſco.C.de hęre.vel actio.vẽ. ❡ Verũ tñ eſt,ꝙ ſi ꝑ ſtatutũ fieret executio pro debito fiſcali,& debitor obijceret cõpenſationẽ,durãte termino executionis debitor

ſtaret in carcere,vt dicit Bal.in.d.l.in ea.& eſt tex.in.l.130.quaterni gabellarũ. ❡ Et nota,ꝙ tũc compẽſatio dicitur vera ſolutio,qñ de liquido ad liquidum.vt.l.4.ff.qui potio.in pigno.habe. tenet Bal.in.l.ex cauſa.C.de cõpen. ❡ De exceptiõe cõpenſationis licet nihil de ſupradictis ponit plura & notãda do.Matthę.de afflic.in deci.Nea.121.&.163.&.181.vbi vide. in Spe.in ti.de actore.20.col.ver.item excipitur contra actorẽ.el.2.qui allegat iura. ❡ Sed † q̃ro,an exceptio cõpẽſationis poſsit opponi contra mulierẽ repetentem dotẽ Videtur ꝙ nõ, quia mulier in dote gaudet priuilegio fiſci. Intelligit ꝙ tũc exceptio cõpẽſationis poteſt opponi qñ eſt liquida, ſecus ſi eſt multis ambagibus inuoluta.vt in Spe.vbi ſupra. ❡ Quæro,

eſecute como enella ſe contiene, ſin embargo de qualquier appellacion que de ella ſe interponga
91 para ante nos, o para ante los oydores delas nueſtras audiẽcias, o para ante otros qualeſquier juezes, o qualquier nulidad que contra la dicha eſecucion y remate ſe alegue.

92 dictũ eſt ſupra,ꝙ † exceptio ſolutiõis põt opponi in executiõe ſentẽtiæ,vel cõtractus p.l.4.cũ ſequẽti ti.de las excepcio.lib 3.ordinamentorũ.pone ꝙ fuit lata ſentẽtia cõtra aliquẽ,et poſt fit executio dictę ſentẽtiæ,an poſsit opponi exceptio ſolutionis, & excipi de inſtrumento ſolutiõis ex pnſt repto. videtur ꝙ ſic.vt notat Cinus.in.l.1 C.de cõdi.inde. tenẽt canoniſtæ in.c.2.de purga.cano.Spe.in ti.de excep ſententiæ.§.poſtremò.verſi.illud.& vtrobique reſpõdetur cum diſtinctiõe.idem dicit Bal.in.d.l.1.C.de conditio.inde. ❡ An † autẽ in executio
93 ne ſeñiæ poſsit opponi exceptio inuẽtarij nõ cõfecti.tene ꝙ ſic,licet cõtra ſeñiam nõ poſsit oppõi.ita Bar.i.l.ex diuerſo.§.1.ff.ſo.ma.& ĩ.l.nenſenis.§.fi.ff.de re iud.plenè ĩ deciſio.capellę Tholo.q.321.& ibi ĩ additiõe. ❡ Sed nũqd exceptio pemptoria obijci poſſit. ❡ Si tñ inſtrumentũ eſt celebratũ extra territoriũ,poſsint opponi contra eũ aliæ excep.etiam prohibitæ per ſtatutũ.tenet notãter Bal.in.l.1.5.q.C.ne filius prn patre.& domi.Abba.in capitulo.ſuſcitata.in glo.de in integr.reſtitutio.vbi dicit,ꝙ omnis exceptio probabilis incontinenti poteſt admitti contra executionem.
94 1 ❡ Apelacion. Nota † caſum, in quo proceditur appellatione remota,habetur etiam in lege.5 titu.de las excepcio.ordina.& in dicta ordinatione de Madrid,quæſita eſt in pragmatica folio.45. ❡ Vide alios caſus in.l.4.ti.delas appella.ordi.& Præpo.in.c.paſtoralis.de appella.vbi vide,nunqd princeps poſsit tollere appellationem.

91 Se allegue. Intellige, † per ipſum de bitorē, contra quē facta eſt executio, vt iſta.l.dicit, cū aliis in ea contētis. nam bona, in quib⁹ eſt facta exe cu. debēt vendi, & de pretio debet ſatiſfieri credi- ¶ Hec eſt glo. noua. tori ad cuius petitionē fuit facta execu. etiā ſi debi- tor appellet à ſentētia vēditionis bonorū, vel quia agit cōtra ſententiam p viam nullitatis, præſtita per creditorē cautione, de qua in.d.l.5. ¶ Qđ eſſet ſec⁹
95 † ſi tertius cōparet pro intereſſe ſuo, & ſe oppone- ret contra executio. vel pronūciationem, impedire tur vēditio bonorū pendēte app. per ea, quæ in ſi- mili dicit Bar.in.l.ſi quis ſeruū.§.certam.in fine.de lega.2. vbi dicit, φ tertius poteſt impedire exactio- nem rei, quam legatarius petit ab hærede. Si enim legatum eſt priuilegiatū. vt in Spe. de loca.§.6. ver. 76.& ſequen.& illud impeditur à tertio, multo for tius impeditur ſolutio debiti, ne fiat in præiudiciū tertij. ¶ Ad quod etiam facit ſingulare dictū Bal. licet loquatur in caſu diuerſo in.l.2.5.col.verſi. ſed quid de pſonis.C.de ſerui.et aqua. vbi dicit, φ poſ- ſeſsio quęſita contra vnum non nocet alteri. & eſt bonus tex.in.l.3.ti.14.lib.3.ordina. ¶ Itē.d.l.4.& 5.titu.8.lib.3.ordina.de quibus in.l.iſta fit mentio, ſunt factæ in odium debitorum, vt patet ex dicta l.5. in princi. dum dicit. por eſcuſar malicias delos deudores que allegan contra los creedores exce- pciones y razones no verdaderas por alongar las pagas. &c. Itaq; cùm loquatur in odium debito- rum, non debet extendi in odium creditorum, qui- bus is idem debitor eſt obligatus. quod enim eſt in troductum in fauorem creditorum, in damnum eo rum retorqueri nō debet. vt in regula. quod ob gra tiam.& regula. Nō debet.lib.6.&.l. quod fauore.ff. de legi. Item odia debent reſtringi, & fauores am- pliari. vt in regula. Odia.eo.lib.6. Si enim dictæ le- ges in odium debitorū & in fauorē creditorum di- ſponunt, φ bona, in quibus ſit executio, vendātur, non probatis exceptionib⁹ appoſitis aduerſus ſen tentiam, vel contractum guarētigiatum. non obſtat appe. interpoſita per ipſum debitorē, præſtita cau- tione, de qua in.d.l.5. ſequitur φ non vēdicat ſibi lo cum quo ad tertium creditorem opponētem de iu re ſuo tam aduerſus debitorem, contra quem facta eſt executio, quā contra creditorem petētem prius executionem. ¶ Item exceptio prohibita per ſta- tutum opponi contra inſtrumētum guarētigiatum poteſt opponi per tertium. Nam ſtatutum intelligi tur de contrahentibus nominatis in eo, non de ter- tio non nominato in ſtatuto. Ita dicit notanter An- ge.in.l. ſed ſi poſſeſſori.§. item ſi quis.ff. de iureiu. per illū tex. Sic igitur dicendū ad legē iſtam cum ſimilibus, vt intelligātur, & vendicent locum quo ad perſonas in eis nominatas, non quo ad alias.i. quo ad tertium comparentem pro intereſſe ſuo.
Contra. ¶ Sed contra ſupradicta reperio ſingulare dictum do. Car.i.c.1.de elec.& Ioā. de pra.in.l. Paulus in ſi ne.ff.de procura. vbi dicunt, φ licet tertius ſuperue niat in iudicio, non ſunt alterādi termini cauſæ, ſen tiunt enim, φ idem ius debet obſeruari quo ad ter- tium comparentem pro intereſſe ſuo quod debet obſeruari quo ad debitorem principalem. ¶ Ad idem docto. et Bar.in.l. cum idem.iu.e.nota.ff. de pe ti. hære.& in.l.à diuo pio.§.ſi ſuper.ff.de re.iudi.& in.l.ſi perluſorio.&.l.à ſententia.ff.de app. dicunt, quòd tertius ſuperueniens non impedit executio- nem ſententiæ prolatæ pro primo actore. ¶ Facit etiam authen ſed iam cautum.C.depoſiti. vbi dici- tur, quòd tertius non poteſt prohibere ſalarium ſol ui alicui, vel quòd inquilinus non reſtituat poſſeſ- ſionem. ¶ Item do. Abb. in.c. veniens el.2. col.2. verſi. quandocunq; reus principalis. de teſti. dicit, quòd quando reus principalis non appellat, vel quia nō poteſt appellare ex aliqua cauſa, quòd nec tunc poteſt appellare ille tertius, qui prętendit ius in cauſa illa. ¶ Et clarius Bald.in.l. ſi eo tempore. C.de remiſsio. pigno. dicit, quòd tertius veniēs pro ſuo intereſſe in cauſa arctatur illis terminis, qui- bus vtitur principalis citatus. vt habetur in.c. vt circa de electio.in.6.et ſi contrarium diceretur, da- retur occaſio fraudibus. nam poſſet & debitor col- ludere cū alio, vt ſe opponeret ad cauſam, vel con- tra executionem, & contra ſolutionem ſiendam cre ditori petenti debitum ſuum. quod eſſe non debet. nam fraus & dolus non debent alicui patrocinium impartiri. vt.c. ſedes in fine. de reſcrip. ¶ Pro con- cordia in hac varietate ſic puto eſſe dicendum. A ut tertius comparet pro intereſſe ſuo ad coadiuuan- dum debitorem conuentum, vt illi aſsiſtat. &c. et tunc id debet obſeruare cum tertio ſuperuenien te, quod cum reo vel cum principali debitore. et ita intelliguntur iura pro iſta parte inducta. Nam ter- Diſtin. tius in iudicio nominatus, vel cùm aſsiſtit conuen- to in iudicio, quodammodo eſt reus. vt.c. quoniam frequenter. vt lite non conteſ.& per Bald.in.c.ſi.2. col.in verſi. nominatus. de prohi. feu. al ie. vſi. feu. ¶ Et quod dixi, φ tertius non poteſt prohibere ſa larium vel debitum ſolui alicui, vel φ inquilinus non reſtituat poſſeſsionē, intelligitur ſi prohibuit extraiudicialiter: ſec⁹ ſi in iudicio pro ſuo intereſ- ſe, quia tunc poteſt. vt per Bart. in dicta authen. ſed iam cautum. ¶ Item ad illud, φ tertius veniens ad cauſam pro intereſſe ſuo arctatur illis terminis, qui bus vtitur principalis citatus vel conuentus, eſt ve rum, quando venit pro alio ad coadiuuandum con uentum, vt ſupra dixi. Si tamen tertius venit ex ſe ad conſequendum debitum ſuum, tam contra debitorem conuentum, quàm contra illum pro quo fuit facta executio, & ſic vt præferatur in re cuperatione debiti ſui, poteſt poſt terminum com- parere, & φ omnia fiant de nouo quo ad eam. Ita dicunt docto. in.d.l. à diuo pio.§. ſi poſt.&.§. ſi ſu- per.ff. de re iudi. ſentit Bartolus. in dicta.l. ſi per- luſorio. inquantū dicit, φ ſi tertius venit ad cauſam ad pro-

ad proſequendum proceſſum intētatum contra debitorem, nō poteſt de nouo teſtes producere poſt Publicationem: quia primum proceſſum proſequitur, & non nouum. Itaq; ſi nouum proceſſum inchoaret pro ſuo intereſſe, poſſet exceptiones proponere, & teſtes producere, & ſententiam petere, & ab ea appellare, & omnia illa facere, quę pertinent

¶ Ley.lxv. LA interrupcion en la poſſeſsiō i terrū pa la preſcripciō en

ad cauſam & proceſſum quo ad ſe nouiter intentatum. & idem ſentit Inn. iu. d. c. cum ſup. de re iudi. ¶ Hinc optime dicit Ange. in. l. ſi inſtituta. & ibi glo. ff. de inoffi. teſt. ꝙ ſi tertius venit ad cauſam ad euitandum vel adiuuandum reum conuentum aduerſus agentem, tunc tertius non tenetur libellum offerre de nouo, nec litem conteſtari, licet ſufficit conteſtatione facta per reū., & taliter geſta pariūt tertio pręiudicium. & iſto caſu loquuntur Inn. docto. & Abb. iu. d. c. cum ſuper. & alia fundamenta pro ſecunda parte inducta. ¶ Si tamen tertius venit ex ſe, tunc tertius poterit poſt terminum comparere, vt omnia fiant de nouo, quo ad eum vt. d. l. à diuo pio. §. ſi poſt. & §. ſi ſuper. de re iudi. & ſi fertur ſententia in ſuum præiudicium, poterit appellare: & appellatione pendente, debet iudex in executione ſuperſedere, & in venditione bonorum, vt ſupra dixi in princi. ¶ Intantum, ꝙ ſi iudex, qui de cauſa cognoſcit, non permittit tali tertio appellare, & vltra hoc facit executionem, vel qa pcepit, ꝙ bona vēderentur, & darētur alteri creditori, īcideret iudex in pœnā legis Iulię. de vi pu. vt probat tex. nota. in. l. Iulia. ff. ad legem Iuli. de vi pu. quod eſt notandum, & ſępenumero contingit, & habetur in facto in curijs tam iudicum eccleſiarum quàm ſecularium. ¶ Vlterius quęro iuxta prædicta de quæſtione quę etiam ſępenumero contingit, & pluries ac pluries in facto habui. nā de his q̄ ſępiſſime i iuditijs petuntur, vtile eſt doctrinam tradere copioſam. vt dixi in procemio ſupra in gloſ. ſuper parte, continamente. & ſic formatur quęſtio pro iuuenibus.

97 ¶ Primo † die mēſis Ianuarij. Anno domini 1520. Petrus nomine in contractu publico ſe obligauit ſoluere Ioan. certam quantitatem pecunię in diem certum. ſ. in fine menſis Septembris. Deinde is idem Petrus primo die menſis Februarij ſe obligauit ſoluere cuidam Gundiſaluo vltimo die menſis Iunij certam quantitatem pecuniæ, arietū, ouiū, vel lanarum per cōtractum publicum inter eos celebratum. Lapſo termino in menſibus Iunij dictus Petrus requiſitus vt ſolueret dicto Gundiſaluo, qa noluit, vel quia non potuit ad petitionem. d. Gundiſalui, facta fuit executio in bonis. d. Petri. Pendēte lite, comparet dictus Ioannes tanquam tertius pro ſuo intereſſe, & producit contractum in fauore ipſius celebratū, & dicit, ꝙ prius fuit ſuus cōtractus celebratus, & ꝙ ipſe debet pręferri in vēditione bonorum dicti Petri debitoris. Alter vero Gūdiſaluus dicit, ꝙ licet cōtractus dicti Ioā. fuit prius celebratus, dies ſolutionis ipſius Gundiſalui prius aduenit, propterea dicit, ꝙ ipſe debet pręferri in recuperatione debiti ſui. quęritur quid iuris in hoc. Profectò quęſtio eſt dubia, & (meliori iudicio ſaluo) ad ipſius declarationem ſic diſtinguerem. Aut executio fuit petita per dictum Gūdiſaluum lapſo termino ſolutionis vtriuſq; creditoris, vt ſępe contingit. Aut lapſo termino ſui contractus Gūdiſaluus petijt dictam executionem, & ante lapſum termini contractus. d. Ioan. ſ. ante lapſum menſis decēbris. ¶ Primo caſu teneo, ꝙ ex pretio habito ex venditione bonorū, in quibus fuit facta executio, debet prius fieri ſolutio dicto Ioan. demū debet ſatisfieri dictus Gundiſaluus, ſi quid ſupereſt ex pretio rerum venditarum. Et iſto caſu loquuntur dicta lex. ſi generaliter. & dicta lex. 17. cum dicit. aquel deue ſer primero pagado con quien ſe hizo el primero deudo: y deſpues los otros ¶ Secūdo caſu ſubdiſtingue. Aut ante lapſum mēſis Septēbris fuit facta executio in bonis dicti Petri ad petitionē dicti Gūdiſalui, & tūc aut iſte Ioannes ſe opponit vt tertius contra executionē ad conſequendū debitū ſuū, vt tunc prius fiat ei ſolutio, & non poteſt nā ante aduentum termini ſolutionis non poteſt ad hoc agere, vt dicit tex. ī. §. plus. inſti. de actio. & in. c. vno. ī principio. de plus petitio. & hoc, quia ante tempus non eſt cū effectu nata actio ad agendū. Et iſto caſu poteſt intelligi gl. in. d. l. quītus. & ita loqtur Bar. in. d. l. interdū. & alij doct. in locis, quibus ſupra, vt venit. d. Ioan. nō vt ei ſoluat, ſed cū dicta bona ſint ſibi obligata nō vēdant in ſuū pręiudiciū, ſed, ꝙ caueatur ei de ſoluēdo aduenientе termino ſolutiōis debiti ſui. & iſto caſu habet locū ſua oppoſitio. vt bñ colligitur ex. l. cedere diē. ff. de verb. ſig. ¶ Ita primo caſu iudex in ſentētia pnunciabit, ꝙ prius ſoluatur de ptio. d. Ioan. Scdo caſu pronunciabit ꝙ ſua oppoſitio nō fuit aptè ppoſita, & ꝙ aptè petat, & condēnabit. d. Ioā. in expenſis. iuxta formā tex. in. d. §. plus. inſti. de actio. & d. c. vno. de plus petitio. ¶ Tertio caſu pnunciabit, ꝙ ipſe debitor, aut is, cui bona ſunt vendita in ſubaſtatione præſtita ſufficienti cautione ſuo tēpore ſoluat. d. Ioan. debitum ſuū, ꝙ tunc fiat vēditio bonorū. ¶ Sed ſup iſto vltimo caſu poterit aliquis dicere. quid pdeſt huic Ioā. ſua oppoſitio, & bonorū vēditio, cū tunc non fiat ei ſolutio debiti ſui? Reſpōdeo, ꝙ ex vēditione dictorū bonorū. d. Petrus eſt factus minus idone⁹, & ſufficit ꝙ ei caueatur ſufficiēter cū obligatiōe dictorum bonorū, vt ex pretio eorū prius faciat emptor ſolutionē ſuo tēpore, & ꝙ ſi qd ſupeſt tpe vēditi ōis, illicò ſoluatur. d. Gūdiſal. aliàs detineatur ī carcere vſq; dū ei ſit facta ſolutio, vel cedat bonis.

¶ Et ꝑ iſta parte bene conueniũt verba Alberi. de
Roſa. ĩ. l. 1. col. 4. circa finẽ. ver. aliq̃do eſt creditor.
& ibi Bar. & docto. ff. ſi certũ pet. vbi dicitur. ꝙ cre
ditor in diẽ dicitur creditor quo ad actionẽ & obli
gationẽ, licet exactio differatur p. d. l. cedere diẽ ſed
ꝙ põt agere vt, cauetur ad ſibi ſoluẽdum, adueniẽte
termino ſolutiõis. Iſtud etiã ſẽtit paucis verbis Ma
Extẽſio. theꝰ de affli. deciſio. Nea. deci. 279. ĩ fine. ¶ Qđ ꝓce
dit etiã ſi debitor in p̃iudiciũ prioris creditoris ſol
uit poſteriori creditori, qa poterit creditor, in cuiꝰ
fauorẽ prius fuit cõtractus celebratus auocare ſolu
tum poſteriori creditori. Ita dicit notã. Pau. de Ca.
cõſi. 44. ¶ Et ꝑ ſupradicta intelligẽt iuuenes illã re
gulã vulgarẽ, et iura dicẽtia, ꝙ prior in tp̃ore, eſt po
tior in iure. qa debet intelligi, prior in tp̃ore, ſ. cele
brationis cõtractꝰ. qđ eſt pro iuuenibus notãdum.

Summarium.

1 *Interruptio præſcriptionis in poſſeſſiõe, an operetur p̃ſcriptionẽ.*
2 *Interruptio præſcriptionis in vno articulo, an poßit in alio.*
3 *Præſcribens locum, an videtur præſcribere poteſtatem faciendi conſtitutionem in eo.*
4 *Interruptio præſcriptionis contra vnum, an noceat alijs.*
5 *Conſuetudo an extendatur de vno articulo ad alium.*
6 *Proprietas & poſſeßio in quibus differant & conueniant.*
7 *Interruptio p̃ſcriptiõis facta ab vno ex correis, an ꝓdeſt correo.*
8 *Præſcriptio contra vnum ex correis debendi, an noceat correo.*
9 *Interruptio p̃ſcriptionis cõtra principalẽ, an noceat fideiuſſori.*
10 *Interruptio in hypotecaria, an operetur in principali.*
11 *Interrupta poſſeßione, an videatur interrupta naturaliter.*
12 *Libellus, in quo narratur ſpolium, & concluditur ad reſtitutionem rei, an per hoc ſit deductum petitorium, & poſſeſſorium, an poſſeſſorium tantum.*
13 *Interruptio quando debet fieri.*
14 *Præſcriptio quando dormit.*
15 *Poſſeßio an interrumpatur, per filiumfamilias.*

1 LA interruptiõ. Interruptio † præſcriptionis in
poſſeſsiõe operatur interruptionẽ præſcriptio
Rõ. dubitandi. nis in proprietate, & ecõtra. hoc dicit. ¶ Sed quæ-
ro, quæ fuit cauſa huius legis. Poteſt dici, ꝙ potuit
eſſe tex. in. c. auditis. in fine de præſcriptio. vbi di-
2 citur, ꝙ † interruptio præſcriptionis in vno articu
Infert. 1. lo. non prodeſt in aliis. Hinc dicit Abb. in. d. c. au
ditis. 2. col. ver. nota. ex fine textus, ꝙ interruptio fa
cta in certis articulis alio poſsidẽti iuriſditionẽ vni
uerſaliter, nõ operatur effectũ ſuũ reſpectu iuriſdi-
tionis vniuerſalis, ſed ſolũ reſpectu illorum articu-
Infert. 2 lorũ, in quibꝰ facta fuit. ¶ Simile in poſsidẽte, ſeu
exercẽte iuriſditionẽ reſpectu certorũ articulorum
alio vniuerſaliter poſsidẽte: nõ enim extẽditur poſ
ſeſsio ad alios articulos etiã cõſimiles, ſed tãtùm pr̨
ſcribitur quantũ poſsidetur. vt eſt tex. in. c. cũ olim.
&. c. cum cõtingat. de decimis. tenet Inno. in. c. dile
Infert. 3 ctus. de cape. mona. Flo. in. l. ſi quis diuturno. ff. ſi
3 ſerui. vend. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ † præſcribẽs lo-
cum non videtur præſcribere poteſtatẽ faciẽdi con
ſtitutionem in loco. ¶ Et eſt ratio: quia præſcriptio
cum ſit odioſa, non extenditur, ſed debet reſtringi.
vt per Bal. in. l. nõ dubiũ. a. col. C. de legi. per Inno.
in. c. tua. ad finẽ. de decimis. ¶ Ex hoc etiam dicit. Infert. 4
Flo. in. d. l. ſi quis diuturno. ꝙ præſcriptio iuriſdi-
tionis in ciuilibus non extenditur ad criminalia.

Adde. ¶ Bar. tamẽ in lege. ſi aliena res. §. hoc
iure. ff. de vſuca. quẽ refert et ſequitur
do. Ioan. Frã. Balbus in ſuo tracta. pr̨
ſcrip. 2. parte. 5. partis. princi. 5. q. in. fine. fol. 38. vbi
dicit, ꝙ præſcripto caſtro præſcribitur iuriſditio.
¶ Tu dic, ꝙ quãtũcunq; generalis & indifinita ſit
alicuius caſtri vel villæ conceſsio, non intelligitur
transſerẽs etiã princeps ea q̃ ſunt meri imperij trã-
ferre, niſi hoc ſpecialiter exprimat. Ita Spe. ti. de iu
riſditio. omniũ iudici. 4. col. in fine. verſi. quæ autẽ
meri imperij. cũ ſequẽti. incipi verũ tamẽ plenius
ibi. Ioã. an. in addi. magna. incipi. paſtoralis. ad hoc
facit. l. quicquid. ff. de verbo. obli. & quod Alex. in
lege. nõ ſolum. 1. col. ff. ſo. ma. vbi dicitur, ꝙ in con-
tractibꝰ in quibꝰ fit ſtricta interp̃tatio, nõ debemꝰ à
ꝓpria ſignificatione verborũ recedere, vt ibi. nã ſu
per hoc plura dicit, & notãda plenè etiã dicitur in
deci Tho. q. 321. ibi in addi. et Sociꝰ in regula. 359.
4 ¶ Hinc etiã dicimus, ꝙ † interruptio cõtra vnum Infert. 5
non nocet aliis, neq; prodeſt, ſed ſoli interrũpenti.
tenet Bal. in. l. 2. col. 16. C. de ſerui. & lege. ſi quis. &
ibi Pau. de Ca. ff. pro dona. ¶ Itẽ ſicut pr̨ſcriptio Infert. 6
cõtra vnũ non nocet aliis. vt. l. ſi ædes. & ibi Bal. ff.
de ſerui. vrba. præ. &. d. l. non dubiũ. §. de legi. ita in
terruptio præſcriptionis in poſſeſsione videtur ꝙ
non interrũperet præſcriptionem in proprietate.
5 ¶ Itẽ queadmodũ † cõſuetudo non extẽditur de Infert. 7
vno articulo ad aliũ, ſecũdum Abba. poſt Cardina
lẽ. c. poſt tranſlationẽ. de officio lega. ita videbatur
aliquibꝰ, ꝙ interruptio præſcriptionis in poſſeſsio
ne, nõ interrũperet p̃ſcriptionẽ in ꝓprietate. ¶ Itẽ Infert. 8
ſicut interruptio facta in actione præparatoria nõ
ꝓdeſt in pr̨parata. per legẽ in Iulianus. §. quæſitũ.
ff. ad exhib. ita videtur in caſu nr̃o. ¶ Vel potuit
eſſe cauſa huiꝰ legis lex. 27. in prin. ti. 2. 3. pti. vbi di
6 citur. ꝙ † poſſeſsio & ꝓprietas multũ differũt: pro
pterea interruptio præſcriptionis in poſſeſsiõe nõ
videbatur interrũpere præſcriptionẽ in ꝓprietate.

Adde. ¶ Spe. etiã in ti. de teſte. §. 5. col. 5. ver.
ſed pone ago cõtra te poſſeſſo. dicit, ꝙ
cauſa poſſeſsionis nihil habet cõe cũ
proprietate, & diuerſæ ſunt. vt. l. & an eodẽ. ff. de ex
ceptio. rei iudi. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de
acqui. poſſe. &. l. ꝓmiſceri eo ti. Et bñ ad hoc facit
rub. ſiue titulꝰ. de cauſa poſſe. & ꝓprie. propter il-
lam copulam, & cuius natura eſt copulare diuerſa,
iuſta illud Alexandri. Iungit diuerſa coniunctio ſi
gnificata. probatur. etiã in l. naturaliter. §. nihil cõ-
mune. ff. de acqui. poſſe. plenè Lanſian. in repe. d.
rubricæ de cau. poſſe. & ꝓprie. 1. col. ver. poſſeſsio.

¶ Tamen

Ratio decidendi. ¶ Tamen iſta lex diſponit cōtrarium. quia licet verum ſit, ꝙ interruptio præſcriptionis in vno articulo non prodeſt in alijs, eſt verum, quando ſunt diuerſi. vt in d. c. auditis. & in iuribus ſuperius annotatis. ſi tamē vnū dependet ab alio, ſicut eſt in poſſeſſione, & proprietate vnius rei, quę ſe habent vt connexa. vt p

la propriedad y por

Bar. l. cum antiquitas. C. de vſufru. & l. interdū. ff. đ verbo. ſigni. & l. 1. §. ſi vir. in fi. . col. ff. de acqui. poſ. & not. in c. cum ad ſedē. de reſti. ſpoli. erit ſecus, vt hic eſt in poſſeſſione & proprietate: quę licet differunt in aliquibus per. d. l. 27. in multis tamen aſsimilantur, & concurrunt, & ſunt connexa. Nam poſſeſsio ſecundum communem vſum loquendi dicitur proprietas, vt per Bar. in d. l. cū antiquitas. & econtra proprietas dicitur poſſeſsio ſecundum Inn. in c. cum aliquibus. de re iudi. habetur in Spe. de reſcrip. præſen. §. fi. verſi. qđ facit. ¶ Et bene ad

Nota. hoc facit. l. fi. & qđ dicūt ibi do. C. đ annali excep. vbi notanter dicitur, ꝙ generalis petitio ſufficit ad interrumpendam præſcriptionē in omnibus, quæ ſub illa generaliter comprehenduntur. ¶ Item facit textus in materia notādus in. l. eos. C. de vſuris. & in. l. ſi aliena. §. 1. ff. de vſuc. vbi dicitur, ꝙ pręſcriptio facta de re principali, trahitur ad rei acceſſorium. à fortiori dicendum erit, ꝙ interruptio præſcrip. in ꝓprietate, quæ eſt principale, trahatur ad poſſeſsionem, quod eſt rei acceſſorium. vt ſupra dixi.

7 ¶ Hinc dicimus, ꝙ † interruptio facta ab vno

Infert. 1. ex correis, ꝓdeſt correo. vt. l. fi & ibi Bar. & Ange.

8 C. de duo. reis. ¶ Et econtra † præſcrip. interrupta

Infer. 2. contra vnum ex correis debēdi, nocet correo. vt. l. fi. & ibi glo & docto. C. de duo. reis. ¶ Hinc etiā

9 dicimus. ꝙ † interrup. pręſcrip. facta contra principalem, nocet fideiuſſori, quia contra eū videtur facta. ſecundum Bar. poſt gl. in. l. ſi fideiuſſor §. fin. ff. man. Item ex hoc dicimus. ꝙ † interruptio in hy-

10 pothecaria operatur in principali. p. d. l. fi. C. de annali exce. tenet Bar. in. l. ſi pigno. 3. col. ff. fami. her. ¶ Et ex hoc iſta. l. dicit, ꝙ interruptio p̄ſcrip. in poſſeſsione operatur interruptionē p̄ſcrip. in ꝓprietate. & ecōtra. ¶ Sed quia dixi, ꝙ p̄ſcriptio facta đ re principali trahitur ad rei acceſſoriū. p l. eos. C. de vſuris. cū ſimi. intellige qn̄ acceſſoriū ab initio inchoatæ p̄ſcriptiōis inerat principali. ſecꝰ ſi ex poſt facto incipit ineſſe, quoniā tūc eſt opus quo ad il-

Nota. Vnicus. lud noua p̄ſcriptione. caſus eſt ſingularis, & nō alibi in. l. q̄ fundū. §. 1. ff. de vſu. ꝓ emp. & bene facit l. rerū mixtarū. in fi. ff. de vſuca. qđ nota qa de hoc facit magnū feſtū Lud. ro. ſingulari ſuo. 577. ¶ Aliud

Nota. nota, ꝙ interruptio p̄ſcriptionis nō interrūpit effectum p̄cedentis tituli veri. tex. eſt ī. l. ſi is q. ꝓ emp. §. ſi quis bona cū gl. & in. l. cū qui ędes. §. fi. ff. đ vſuca. Sed bene interrūpit effectū p̄ſcriptionis precedentis tituli putatiui. ſcđm Bar. in. l. nō ſolum. ff. de

11 vſuca. ¶ Et de † poſſeſsione vnū tene certiſsimū & abſolutū, ꝙ ſi ea īterrūpitur. tenet notāter Abb. in. c. illud. 2. col. ver. & ꝓ maiori. de præſcriptio.

12 ¶ Et † plures in facto vidi in libello

Adde. narrare ſpolium, & poſtea cōcludere ad reſtitutionem rei: & fuit dubitatū an per hoc ſit deductum petitorium, &

el contrario la inter-

poſſeſſorium tantùm, vel petitoriū tantū. ¶ Et quidā dicebant, ꝙ videtur eſſe deductū petitoriū & poſſeſſoriū, quia ī iudicio poſſeſſorio petitur ſolū reſtitui poſſeſsio. vt in toto ti. ff. de vi & vi armata. & in. c. cū eccleſia. de cau. poſſe. & propri. & in. c. cum ſuper. eo. ti. nā aliud eſt reſtitutio rei, aliud poſſeſſiōis. l. officiū. & l. quæ reſtituere. ff. de rei vēdi. l ſi duo. §. fi. ff. vti poſſide. Alex. in. 2. vol. conſi. 117. 1. col. & in. 4. vol. cōſi. 43. 1. col. do. Matthę. de afflic. in deci. nepo. dicit ꝙ iſta. q. fuit in practica in regali conſi. Neapo. & fuit concluſum, ꝙ ſi narratur ſpoliatio, & cōcluditur ad reſtituendū rē, quòd videtur ſolū poſſeſſoriū fuiſſe intentatū. Et ꝙ ꝓ iſta deciſione fuit allegata ī terminis cōcluſio Fede. de Senis. cōſi. 273. & do. Ant. de Bu. in. c. ſæpe. đ reſti. ſpolia. vbi hoc expreſsè firmant. & ibi dicit Ioan. And. ꝙ rectius fuiſſet dictū, ꝙ petit poſſeſsionē reſtitui, quā petere rē reſtitui. ſ. & ſaluatur libellus, quia intelligitur rem reſtitui, quo ad poſſeſsionem. ¶ Ad hoc etiā allegat dictū Bar. in. l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiuran. vbi dicit. ꝙ verba impropriantur ꝓ ſaluatione libellorū. vt in. c. auditis. & in. c. cū veniſſent. iuncta gl. de reſti. in integr. Et maximè hoc dicit verū, ſi pars declarat, ꝙ ſolū poſſeſſoriū vult ꝓſequi. m ¶ En la propriedad. intellige ante completam. poſt completam verò præſcriptionem interruptio nō habet lędere ius ex pręſcriptione iā quæſitum.

13 ¶ Oportet ergo vt valeat, ꝙ † interruptio præſcriptionis fiat infra tempus præſcriptionis, & tenent doctores. & Abb. in capitulo. auditis. de præſcriptio. vt habetur in Spe. de præſcrip. §. 1. ver. quid ſi poſt. Ioā. An. in. c. fi. de conſue. ¶ Sed quęro quot *Attende* modis præſcriptio interrumpatur. Dic ꝙ multis modis, de quibus per tex. glo. & docto. vt in. l. vt ꝑfectius. C. de annali exceptio. & in. c. illud. vbi etiā glo. de pręſcriptio. ad quas glo. ſemper fit remiſsio. & in. §. poteſt. 6. q. 3. & ad. l. 7. ti. de las preſcripcio. foro legum. notatur in. l. 2. C. de longi tempo. pręſ. & in. l. cū notiſsimi. §. ſed & ſi quis. C. de præſcrip. 30. anno. per Bar. in l. naturaliter. & in. l. celſus. ff. đ vſucapi. & in. c. placuit. §. hic in glo. 16. q. 4. ¶ Et vide in dictis locis, ꝙ quādoq; præſcriptio nullo modo currit, vt in caſibus, de quibus in. l. 2. titu. de las preſcripcio. in ordina. & in. l. 1. eod. titu. foro legū. & non ſolum. § qui pignori. ff. de vſucapio. & in. l. nec creditoris. ff. de pigno. actio. vbi dicitur, ꝙ res pignori data vel cōmodata, vel locata, vel per vim detenta, præſcribi non poteſt. ¶ Ratio eſt, quia is qui tenet aliquibus ex cauſis ſupradictis, non poſ-

ſidet per ſeipſum.ſed per illum, qui rem pignorauit, vel commodauit. vt.l.qui vniuerſitas.§. ſi ergo. ff.de acqui.poſſe.ſi verò non poſsidet, non præſcribit, quia ſine poſſeſsione pręſcriptio non procedit. c.ſine culpa.de regu.in li.5.& l.8.ti.delas preſcrip.

14 ſo.le. ¶ Quandoq; † dormit. vt ſi ille contra quem pręſcribitur eſt in minori ętate cõſtitutus, vel in alteri⁹ poteſtate detẽtus, vel

rupcion en la propiedad interrumpe la preſcripcion enla

furioſus, vel detentus in carcere, vel quia aliter de iure vel de facto eſt impeditus agere, vt habetur in l.3.ti.de las preſcripcio.ſo.leg & l.8. titu.19. tertia parti.dixi in.l.63.ſupra. ¶ Quandoq; interrumpitur anteq̃ adimpleatur. vt in.c.illud.per Abba.1. & 2.col.de præſcriptio. vbi dicit, ꝙ præſcriptio interrumpitur duobus modis.ſ.naturaliter, & ciuiliter. ¶ Naturaliter dicitur interrumpi, quando aliquod de requiſitis ad ſubſtantiam præſcriptionis perit. ¶ Nam ad ſubſtantiam præſcriptionis quandoq; requiruntur tria. ¶ Quandoq; duo. ¶ Quãdoq; vnũ dũtaxat ſecundum naturam præſcriptionis, vt per Abb.in.d.loco. ¶ In naturali interruptione, pone exemplum in alluuione & inundatione aquarum.de quo per glo.& Bar.in l.1.C.de anna. exceptio. & in l.cum vnus.§.fina.C.de bonis autho. iu. poſsi.per Bal.& Ange.in l.ſeruitutes. ff. de ſeruit. & in.d.l.cum notiſsimi.§.imò.2.col. ver. in ea glo. in fine. vbi per hoc notanter dicunt, ꝙ quis nõ præſcribit cluſam molendini, quam curſus aquarũ ſemper interrumpit, ſi etiam inundatio totaliter vel ꝑ parte maiori deſtruxerit. ¶ Item ſi poſſeſsio mea fiat lacus.ſecundum Bal.in.l.1.pe.char.verſi.pone, fui confeſſus.C.de confe. ¶ Item per guerram & peſtem tantam, ꝙ ius in loco non reddatur. vt per Bar.in.d.l.naturaliter.pe.col.ver.& aduerte. ff. de vſucapio.& per Bal.in.d.l.cum notiſsimi.§.imò. 2. col.verſi.eadem æquitate, iuncto verſi. præcedenti.docto.& Abb.in.c.ex trãſmiſſa. de præſcriptio. idem Abb.in.d.c.illud.vbi dicunt doct.ꝙ tunc pręſcriptio dormit, & idem in tempore, quo ius non redditur in loco.vt per docto.in.d.c.ex tranſmiſſa.

¶ Item pręſcriptio interrumpitur ciuiliter, quando aliquid de naturalibus & ſubſtantialibus non extinguitur, ſed aliàs actus celebratur, qui de iure ciuili impedit præſcriptionem: quæ interruptio dicitur ciuilis, eo ꝙ iure ciuili inuenta eſt.vt per Abbatem.in.d.c.illud.3.col.in princi. ¶ Interrumpitur etiam per dationem fideiuſſoris.vt.l. cum quis §.ſi quis pro eo.& ibi Bart.1.col.ff.de ſolutio.idem Bar.in.d.l.naturaliter.6. col. verſiculo.quæro quid ſi. ¶ Item per citationem legitimè factam in iudicio: etiam vnam non peremptoriam in ciuili cauſa. tenet Bar.in.l.fina.in principio. ff. de eo per quem fac.erit. ¶ Imò etiam ſi citatio eſſet generalis & indiſcreta.tenet Barto.in authen.offeratur.3. colum. C.de litis conteſt. ¶ Item per amiſsionem poſſeſſionis.tenet Bal.in.d.l.cum notiſsimi.§. imò. 1. col. poſt glo.quæ idem voluit in verſi.ſine violentia. ¶ Item per nunciationem noui operis.l.aliena.& ibi Barto.ff.pro empto. ¶ Item per expulſionem. glo.& docto.in.l.qui fundum.§.qui bona fide.verſiculo redhibeatur.ff.pro empto. Bar.contra glo.ibi in lege.qui poſſeſsionẽ.

poſſeſsion.

Ley.lxvj.

NIngũo ſea obli-

ff.de vi & vi armata.notatur in.l.ſi quis à ſe fundũ. C.ad legem iulia.de vi. ¶ Item per petitionem in iudicio etiam debiti incerti.tenet Bald. in additio. ad Specu.in titulo de app. verſiculo. quæſtio talis eſt.Idem Bald in Specu.de reo. verſiculo. qui habent ius. ¶ Item per miſsionem cauſa rei ſeruandę.vt per Barto.in lege celſus.quarta columna.verſiculo.ſed vna eſt lex.ff.de vſuca. ¶ Item per ſequeſtrum factum partium conſenſu, quod priuat poſſeſsione.tenet Barto.in lege.intereſſe.ff.de acquiren.poſſeſsio. Bald.in.l.1.1. colum.verſic. tu autem iſtam materiam. C.de prohibita ſequeſtra. pecu.domi. Abba.& alij.in.capi. examinata. de iudi. ¶ Item per ſimplicem controuerſiam. gloſ. in lege.ſed ſi lege.§.ſi ante.verſiculo.controuerſia.ff. de petitio.hęre. Barto.& docto.in.l. ſi in principio. ff. de eo per quem factum erit. ¶ Item per exceptionem compenſationis, & ſic per actionem propoſitam per modum exceptionis.tenet Bal.in.d.l.cum acutiſsimi.§.imò.in fine.& Barto.in.l. omnes actio

15 nes,ff.de regu.iu. vbi vide. ¶ Et nota, † quòd poſſeſsio interrumpitur per filium familias ſine conſenſu patris, quando citatio ſufficit, non quando requiritur litis conteſtatio.tenet Bald. in lege prima. 2.colum.3.oppo. C. qui admi.quem etiam vide in l.fi.§.neceſsitate.vltima col.ver item quæro. C. de bonis que libe. ¶ Quęro vltra hoc, per quos actus non interrumpitur præſcriptio. Et tene ꝙ nõ interrumpitur per compromiſſum. Tenet Ludo. Pon.ĩ l.1.11.col.ff.de arbi.Oldra.conſilio.156. ¶ Item nõ interrumpitur per interpretationem iudicis delegati. Tenet Angel.in authenti.de exhi.reis.in principio.2.columna.verſiculo.nota iſtam glo. colla.5. Bal.in.d.l.ſicut.1 col.verſiculo.nota bene, quòd ſola præſcriptio. ¶ Tertiò per pręſentationem reſcripti delegationis.vt per Bald.in.l.ſicut.dicto verſic. ¶ Item non interrumpitur per proceſſum nullũ. ſecundum Bald.in.d. authen. offeratur. vltima col. verſic.venio ad illum verbum, & in.l.2.2. col. ver. ſed pro glo.facit. C.de fru.& litis expen. ¶ Item non interrumpitur per actum factum tempore feriato.ſecundum Bal. in.d.authen.offeratur. vltima columna. verſiculo adde quartum. ¶ Item per condemnationem debitoris contumacis. tenet Baldus in lege finali. vltima columna.pen.q.C.de re iudi. ¶ Item non interrũpitur per exceptionẽ ineptã

tenet

tenet Bal.in.l. edita antepenul.col.verſi. ex tribus. C.de edendo.

Summarium.

1 *Debitor,an,& quando poſsit capi & incarcerari pro debito. Et qd ſi in ipſa captura eſt vulneratus,an debet relaxari.*
2 *Iudex, alguazillus, ſeu officialis ſi aliquem offendunt in captura,an, & quando excuſetur.*
3 *Idoneus quis dicatur,vt non compellatur ſatisdare.*
4 *Suſpectus qs dicatur.& q̃ ſunt illa,quæ faciunt quẽ ſuſpectũ.*
5 *Satisdando an videatur quis debitum agnoſcere.*
6 *Verbum,arraygar,& ſatiſdare,an ſint idem.*
7 *Satiſdare quid ſit.*
8 *Satiſdatio qualiter debeat præſtari.*
9 *Facilitas conueniendi,an inſpiciatur ratione loci.*
10 *Mulier,minor,& miles an ſint idonei fideiuſſores.*
11 *Satiſdare obligatus,de quo loco debet fideiuſſores dare.*
12 *Tutor,an,& quando compellatur ſatiſdare.*
13 *Debitor incarceratus,an poſsit recommendari pro alio debito.*
14 *Creditor,an,& quando poſsit capere debitorem ſuum,& ducere coram iudice.*
15 *Debitor,an poſsit extrahi ab eccleſia.*
16 *Eximens debitorem de manibus familiæ iudicis, an teneatur ad debita illius.*
17 *Clericus debitor,an & quãdo poſsit capi per creditorem laicũ.*
18 *Clerici ã ſint exẽpti à iuriſdictiõe iudicis ſecularis ẽ iure diuino*
19 *Creditor recipiẽs pignus minus idoneũ,an debet ſibi imputari.*
20 *Miles an teneatur vltra quàm facere poteſt.*
21 *Statutum,quòd declinans forum iudicis ſecularis puniatur certa pœna,an comprehendatur clericus.*
22 *Statutum, quòd quilibet poſsit capere malefactorẽ repertum de nocte,an poſsit capere malefactorem clericum.*
23 *Creditor clericus,an poſsit capere rem ſuam quam defert clericus debitor ſuus.*
24 *Clericus an compellatur cedere bonis.*
25 *Clericus an teneaẽ vltra quã facere põt, an deducto ne egeat.*
26 *Sententia de cauendo,vel ſatiſdando,an ſit diffinitiua,an interlocutoria.*
27 *Satiſdare an tenetur poſsidens immobilia.*
28 *Satiſdare an tenetur ſocius de iuri ſtando,& de iudicato ſoluendo,caſu,quo ſit inops.*
29 *Socius,an,& quando poteſt incarcerari pro debito ſocij.*
30 *Satiſdare an compellatur frater ad petitionem fratris.*
31 *Maritus,an teneatur vxori vltra quòd facere poſsit.Et an poſsit compelli ſatiſdare pro dote ad petitionem vxoris.*
32 *Socius an dicatur colonus partiarius, & an teneatur vltra quòd poteſt facere.*
33 *Socius,an, & quando tenetur ſocio vltra quòd facere poteſt:*
34 *Debitor à creditore conuentus negans debitum, an poſsit vti beneficio ceſsionis bonorum.*
35 *Actor,an,& quando compellitur ſatiſdare.*
36 *Satiſdare quando compellitur actor.*
37 *Captura quando ſit permiſſa.*
38 *Iudex,an,& quando poteſt facere capturam. Et quæ requiruntur in ea.*
39 *Carceratus quando debet relaxari.*
40 *Incarceratus pro debito,ſi non habet vnde ſoluat,nec vnde ſe alat,an debeat ali à creditore.*
41 *Præceptum iudicis de cauendo,an ſit ſententia diffinitiua.*
42 *Suſpectus,an compellatur ſatiſdare. Et nunquid ſtabitur ſuo iuramento,allegando illum ſuſpectum.*
43 *Teſtes,an requiruntur duo ad capiendum ſuſpectum de fuga, vel vt compellatur ſatiſdare.*
44 *Debitor,an poſsit capi vt ſuſpectus,quando ſuſpitio non ſuperuenit de nouo, vel quando creditor ſciuit, & diu tacuit.*
45 *Vxor,an,& quando poteſt petere dotem,ſi maritus erat pauper tempore matrimonij.*
46 *Teſtes quando recipiantur lite non conteſtata.*
47 *Teſtis vnus,an,& quando probet.*

NInguno. Iſta lex eſt breuis & clara,propterea non ſummatur. ¶ Sed pro iuuenibus eſt ſciendum,ꝙ olim perſonali actione conuẽtus multo fortiꝰ reali cõpellebatur ſatiſdare. vt inſti. de ſatisda. in prin. ¶ Poſtea fuit aliter ſtatutũ. quia ſiue quis in rem actione cõueniretur,ſiue perſonali,nõ compellebatur ſatiſdare. vt inſtitu. de ſatiſda.§.ſed hodie. ¶ Poſtmodũ multa ꝓceſſerunt dubia ſup hoc,& doct.diuerſa ſenſerũt: & finalis eorũ intentus fuit diſtinguere. aut quis cõtinebatur reali a actiõe, aut perſonali. Primo caſu aut res quæ petebatur erat mobilis,aut immobilis. ¶ Si res petita in iudicio erat immobilis,conuentus in iudicio reali actione nullã pręſtabit ſatisdationẽ. quia ſatis res quę erat in cõtrouerſia reũ idoneum faciebat. per.l.ſciendũ. in prin.&.§.ſi fundꝰ.&.§.ſi fundũ.ff.qui ſatiſda. cogan. licet quidã,quos refert glo.2. in fine in.l. Iulia. eo.ti.tenet contrariũ. ¶ Sed glo.& Bar.ibi dicunt,ꝙ quando conuẽtus poſsidet fundũ,ſuper quo eſt cõtrouerſia,nõ tenetur ſatiſdare. ¶ Quod eſt verum, niſi in caſu,quo petitur fundus cum fructibus, qui multum excedũt,quia tũc poſsidẽs fundum,ſuper quo conuenitur,ſatiſdare tenetur. ſecũdum Bar.in d.§.ſi fundũ.in fine.quod eſt notandũ. ¶ Itẽ.cùm quis habet ſentẽtiam pro ſe à qua eſt appellatũ,poterit petere,vt interim fructꝰ ſequeſtrẽtur pro ſecuritate creditoris.vt per Bal.in.l.3.1.col.in fine. C.q. ad liber.procla. nõ licet,ꝓ quo eſt tex. in. l.1.ti.9. 3 parti.et ibi gl.allegat plures cõcor.vel ꝙ tenetur ad minꝰ ſatiſdare de fructibus reſtituẽdis finita lite,vt ſupra. ¶ Secũdo caſu,cũ petitur res mobilis.eſt dicendũ,ꝙ ſi pſona eſt ſuſpecta, ex qua ſatiſdatio deſideratur,tũc res mobilis debet apud iudicẽ deponi quouſq; ſatiſdetur. vt.l.ſi fideiuſſor.§. ſi ſatiſdatũ. ff qui ſatiſda.co.&.l.2.ti.delos emplazamiẽtos. fo.le: ¶ Secundo caſu principali. ſ. cùm quis conuenitur actiõe perſonali,qa debitor eſt in pecunia:tũc ſi non valet ſatiſdare,& cõſtat de debito per teſtes, vel per inſtrumentũ.ut in.l.iſta.capitur debitor,& incarceratur quouſq; ſatiſdet. vt.d.l.2.et.d.l.quotiẽs §.ſi ſatiſdatum.ff.qui ſatiſda.cogan. &.l.3.§. ſi debitorem.ff.de his quę in frau.credi.tenet Bald. in.c.1 de pace iura.fir.vſi.feu.Pau. de Ca. melius quàm

alibi.in.l.2.2.col.ff.sol ma. ¶ Et nota, q † si debitor captus per creditorem de mandato iudicis in ipsa captura eſt vulneratus, debet relaxari, & creditor debet puniri. non ſi per officialem, nam tunc nõ debet relaxari etiam vulneratus, niſi ſoluat, licet officialis puniatur de vulnere. tenet Bal. in authen. & omnino. pen. col. C. ne vxor pro ma.

Nota.

3 10.ꝙ † excuſatur non comparens, quando citatio habebat verba non conſueta.& propterea nec poteſt mulctari:puta cum de ſtylo illius loci ſolitum erat dici in præcepto,ꝙ compareat ſub pœna decẽ florenorũ,& in pręcepto diceretur ſub pœna æris & perſonę.tunc excuſaretur non cõparens.qđ nũquam exeat mente tuam:quia alibi non inueniens, vt refert Pet.Gerard⁹ de petra ſingulari ſuo.77.qui in hoc etiam cõcludit,ꝙ alteratio contractus,& pacta inſolita,faciunt prẽſumi contra ipſum,ꝙ ſit vſurarius.& facit.l. qui teſtamentum. ff. de probatio. vbi propter legis interdictum prẽſumitur fraudis ſimulatio.probatur etiam in.l.cum tacitum.eo. tit. & in.l.1.C.de natu.libe. ❡ Item videtur,ꝙ talis cõtractus cum his adiectionibus & clauſulis nihil valeat:quia pacta appoſita contra naturam contract⁹, etiam in iuramento non valent,ſecundum Bal.in.l. etiam.C.ad Velleia.tenet Bar.in.l.2.col.2.ver.quæro tertiò.C de iure emphy.videtur ergo opinio Iaco.Bu,ꝓcedere,quia ipſe dicit in.d.authẽ.qui rem. ꝙ de modicis non eſt curandum. ☞ Itẽ quia de hoc non cogitauerunt iura quæ impoſuerunt hanc pœnam:quia ſecundũ ius non poteſt concedi emphyteoſis ſub iſto cenſu.& tu potes dicere,ꝙ ſi emphyteoſis non poteſt concedi vt res maximi valoris,incidat in commiſſum cùm eius dominium remaneat penes dominũ,& videatur conceſſa quaſi ſub conditione,ſi penſionem ſoluerit. argumẽ. textus. in.l.quæro.§.inter locatorẽ.ff. locati. multo fortius cenſus ſi cõſtituatur ex non ſolutione,res non perditur ſuper qua conſtituitur.cum de natura contractus non perdatur:per ea quę dicunt docto.& glo. in.d.c.conſtitutus. ❡ Solutio,dic,ꝙ iſtud pactum ſo. vt cenſu non ſoluto res incidat in commiſſum,non eſt contra naturam contractus,ſed præter naturam. ☞ Itẽ licet de natura contractus ſit, ꝙ per non ſolutionem cenſus res incidat, in commiſſum,eſt verum quando ſimpliciter agitur: ſi tamen expreſsè apponatur in contractu cenſus,iſtud pactum, ꝙ ſi non ſoluerit cenſum intra triennium, vel intra bienniũ,res incidat in commiſſum,valebit quia pacta expreſſa remouẽt diſpoſitionem legalis naturæ.& pactũ hoc caſu trahit contractum ad aliã naturam,quando non eſt contra diffinitionem cõtractus.vt eſt tex.& ibi docto.& Bal.in.l.2.C.de iure emphy.& in.l.1.§.ſi conuenerit.ff.de poſi. notatur.in.l.2.& in.l.lecta.ff.ſi certũ peta.& in.l.vbi ita ff.de donatio.& in.l.cum præcario.ff.de pręca.vbi etiã vide,an,& quando pactum immutat naturam contractus. ❡ Et ex hoc dicit tex.in d.l.2.C.de iure emphy.& ibi notant docto. & Bal.ꝙ vbi nõ eſt expreſſum.nihil militat tacitum. ☞ Pro hoc etiam facit.l.creditores.C.de pignorib⁹.vbi dicitur,ꝙ licet quis non poſſit capere rem alterius propria authoritate,quia nemo in ſua cauſa poteſt ſibi ius dicere.vt in rubro & nigro. C. ne qs in ſua cauſa ius ſibi dic.& iſtud ſit naturale & rationabile,vt ibi.at tamen poteſt inter partes paciſci ꝙ quis poſſit capere rem propria authoritate.vt.d.l.2.C.de pigno.
4 ❡ Præterea † de natura cõtractus emphyteoſis eſt, ꝙ ſi non ſit ſolutio penſionis intra triennium, res incidat in cõmiſſum, pôt tñ paciſci inter dominũ & emphyteotã ꝙ res nõ incidat in cõmiſſum. vt.d.l.2.& ſcribentes ibi, dixi in glo. ſuper parte. que ſe guarde.infra iſta lege.

Adde. ☞ Pro complemento iſtius glo.quæro an ſit licitum recipere pecuniam, vt pro te fideiubeam. aliquis diceret ꝙ non:nã iſtud quodammodo capit vſurã. ☞ Con- Contra. trarium eſt verũ.imo eſt licitũ,& pmiſſum p.l.hoc iure.§.1.ff.de dona.vbi eſt caſus notabilis,& in.l. ſi remunerandi.§.ſi.ff. manda.quod eſt pulchrum.

d ❡ Algun cenſo. Aduerte: quia contractus cenſus & emphyteoticus differunt in multis. ❡ Primò in contractu cenſus dominium tãm vtile.quãm directum remanet penes obligatum ad ſolutionem cenſus,ſed in contractu emphyteoſis,tráſit vtile dominium in emphyteotam:ſed directũ remanet penes concedentem gl.eſt magiſtra & notanda. in.c. cõſtitutus.de religio.domi.& đ hoc vltimo eſt tex. in.l.1.ff.ſi ager vectiga.vel emphy. pe.tenent doct. & Abb.in.d.c.cõſtitutus. nã cenſum ſoluimus de re noſtra,penſionem ſoluimus de re aliena.& hanc differentiam notanter tenent doctores in.d.c.conſtitutus.& Bar.in.l.1.ff.de publi. ❡ Si enim ſit cõtractus cenſus, propriè debet dici vt ſoluat cẽſum, non penſionem.ſed in contractu emphyteotico debet dici ꝙ ſoluat penſionẽ:non ꝙ ſoluat cẽſum,quã uis generaliter vtamur promiſcuè his vocabulis.

Tamen

Tamen ob iſtam in propriam locutionem non vitiaretur contractus vel libellus. vt probatur ex d. c. cõſtitutus. & ibi p do. Abb. idẽ Abb. & alij. i. c. potuit de locato. p doct. & Bal. in. d. l. 2. C. de iure emphy. ❡ Secundò differunt cõtractus cenſus, & emphyteoſis, & eſt notabilis differentia: quia in contractu emphyteoſis de natura contractus res incidit in commiſſum, ſi penſio non ſoluatur infra biẽnium, quãdo penſio debetur eccleſiæ, vel infra triennium, quando debetur perſonę priuatæ. vt. l. 2. de iure emphy. ſed in contractu cenſus, ex non ſolutione res non perditur: ſed compellitur cenſuarius ad ſolutionem cenſus. vt per glo. in. d. c. cõſtitutus. ❡ Propterea cõſuluit do. Abb. in. d. c. cõſtitutus. ꝙ in conceſsione, quæ fit de rebus eccleſię non ſcribatur, ꝙ ad cenſum fit conceſsio: ſed in emphyteoſim. ❡ Aliæ differentiæ ponuntur per Abb. in. d. c. conſtitutus. pe col. ver. nota ſecundò. & Inno. ibi in glo. ſua in verbo ſubtracte. Alexã. in. d. c. potuit. 8. col. Bar. & docto. in. 2. q. ff. de publi. Iaſon in authen. qui rem. 8. col. C. de ſacroſan. eccle. Innocẽ. & alij. in. c. ad audientiam. de rebus eccle. alie. vel nõ.

Infer. ❡ Ex quibus infero, quòd licet emphyteota non poſsit vendere irrequiſito domino. per. d. c. potuit. 5 de locato, cum ſimilibus, eſt ſecus † in cenſuario: *Q.* quia poteſt vendere domino irrequiſito. ❡ Sed 6 quæro circa prædicta † quidam per. 10. vel. 20. annos ſoluit cenſum vel penſionem tanquã emphyteota vel cenſuarius: defuncto eo, dominus cenſus vel penſionis dicit, ꝙ fundus fuit datus in emphyteoſim ad vitam: hæredes emphyteotæ dicunt, ꝙ in perpetuum. ❡ Vel contra dominum cenſus dicit, ꝙ pater iſtorum erat obligatus in perpetuum: ſed hæredes cenſuarij dicunt, ꝙ ad vitam tantùm, cui eorum ſit credendum ſi non appatet forma cõceſsionis, per inſtrumentum, vel per teſtes. ❡ Aduerte quia Gui. de Cu. in. l. male agitur. C. de pręſcrip. 30. anno. dicit, ꝙ emphyteoſis præſumitur perpetua, quando emphyteota poſsidet. 30. annis. etiam ſi nõ conſtet de forma conceſsionis. & idem dicitur in Spe. de loca. §. 6. ver. 142. & Ange. in authen. de alie. & emphy. collatio. 9. & in. l. qui luminibus. ff. de ſeruitu. vrba. predio. ❡ Sed Bal. in. c. 1. prima col. verſi. & dicitur hic libellus, juncto. verſi. 5. nota. 2. col. de alienatio. feudi vſi. feu. & in rubrica. C. de iure emphy. verſi. emphyteoſis. dicit, ꝙ emphyteoſis eſt ꝓpriè quando in perpetuum conceditur vtile dominium & idem ſentit in. l. 1. ver. quinto in exponendo. in fine. eo. titulo. notant docto. in. §. adeò inſti. loca. Itaq; ſi non apparet forma conceſsionis, præſumitur in perpetuum, licet nondum ſint. 30. anni tranſlati. vt tenet Specu. vbi ſupra. ❡ Quæ opinio iſtarum ſit vera, & quo tẽpore emphyteota præſcribat liberationẽ à penſione ſoluenda, vide in Spec. vbi ſupra. & in. §. nunc aliqua. ver. 41. & ſequenti. & glo ſi. in. l. comperit. C. de præſcrip. 30. anno. Iaſon in. l. 2. col. 23. verſi. 28. C. de iure emphy. plenius quàm per alios And. Sicu. in. c. 3. de dilatio. vbi bel liſsimè diſcutit hunc paſſum.

Adde. ❡ Iſtam quæſtionem ſuſcitauit etiam do. Ioan. Frã. Balbus in trac. pręſcrip. 4. parte. 4. partis principalis. q. 9. nu. 34. vbi dicit, an ille qui ſoluit canonem tanquã emphyteota per. 30. vel. 40. annos, & tanto tempore rem aliquam poſſedit, vti emphyteota præſcribat ius emphyteoticum, & vtile dominium ſalua canonis preſtatione. quãuis iura emphyteotica nunquã fuerint ei conceſſa. & dicit ꝙ Bar. in. l. comperit de qua ſupra determinat ꝙ ſic. & in. l. 3. §. ex contrario. 1. & 2. col. verſi. ſecundo. contra Dinum. & ibi notant doct. ff. de acqui. poſſe vbi dicit Bar. ꝙ emphyteota feudatarius. & ſuperficiarius præſcribunt ius emphyteoticum, vel aliud ſimile ſingulis ad ſingula relatis. per. d. l. comperit. Ex quo poſsident naturaliter. & de hoc dicit Bar. ſe dare caſum in. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto. dicit in ſuper, ꝙ eſt textus de hoc rectè intelligendo. in. l. cum ſponſus. §. ſi de vectigalibus. cum glo. iuncta. l. cum qui. in principio. eod. titu. quæ iura ſic inducuntur. iſta ſunt conuertibilia cõpetit publiciana. ergo vſucapio & econtra. vt. d. l. cum qui. in prin. ❡ Sed in. d. l. cum ſponſus. §. ſi de vectigalibus. dicitur, ꝙ emptori fundi vectigalis ſiue emphyteotici competit publiciana. ergo ipſi poſſunt præſcribere tale ius. iſtam concluſionem dicit tenuiſſe Iaſo. in tractatu iuris emphyteotici. col. 81. ſed dictus dom. Ioan. Fran. Balbus. vbi ſupra dicit, ꝙ hæc inductio non videtur bona per ea quæ ipſe dixit in eodem tracta. 3. parte principali circa intellec. regulę dictę legis cum qui. in principio. col. 34. & 48. vbi concludit, ꝙ dicta regula procedit negatiuè, non affirmatiuè. vnde adducit meliorem rationem: quia licet emphyteota, vel vſufructuarius ſolũ poſsideãt naturaliter fundum, tamen ipſum ius emphyteoticum, vel vſufructum poſsident naturaliter & ciuiliter. Ita declarat Bar. in. l. naturaliter. in prin. ff. de acqui. poſſe. ad quod allegat gl. notabilẽ. in. l. ſi plures. §. defectum. ff. de vi & vi arma. & in. l. ait prætor. §. item ei. ff. ex quibus cau. maio. & in. l. ſi. ff. vti poſsi. de quo plenè. do. Io. Fran. Balbus vbi ſupra. ❡ Quod procedit in emphyteota perſonę ſecularis. ſecus in emphyteota eccleſię, qui non præſcribit ſpacio. 30. vel. 40. annorũ. per tex. ſatis notandum in quadã extrauaganti, incipit ambitioſę. de rebus eccleſię non alienã. quum tene[illegible] nã declarat contractum emphyteoticum eſſe [illegible] ipſo iure, ſi ſit de reb⁹ eccleſię, & plures [illegible] pęnas imponit: licet Fran. cremen. ſingulari [illegible] dicit, ꝙ eccleſia poteſt dare res ſuas [illegible] vſq; ad tertiam generationem. ꝙ non proced[illegible] dictam extrauagantem ambitioſę. ❡ Niſi [illegible] interueniat decretum apoſtolicum, vt rec[illegible] Mat[illegible] de afflic. deci. Neapo. 85. nu. 5. ❡ Vel quia res data in emphyteoſim erat infertilis tempore dation[illegible] & præceſſerunt

præceſſerunt tractatus, de quibus in.c.hoc.19.q.2.
habetur in.c.ad aures.de rebus eccle. ¶ Sed quæ-
7 ro, an † contractus præſumatur emphyteoticus, ſi
locatio eſt perpetua, & penſio parua. Tene quòd
ſic, & ex qualitate pactorum, & ex conſuetudine
penſionis, & ex communi vſu loquendi, aliàs pręſumitur contractus locationis, ſi penſio correſpon-
det fructibus. glo. eſt ſingularis & peregrina in.l.1.
§.1. ff. de ſuperficie. quam reputauit ſingularē Bal.
in.c.3. de dilatio. & dicit hoc eſſe conſiderandum
ſecundum eum ibi: quia ſimplex locatio tranſit ad
quemlibet hæredem. vt in. l. via veritatis. C. loca.
ſed emphyteoſis eccleſiæ nō tranſit ad hæredes ex-
traneos. de quo vide notata in.c. in præſentia. de
probatio. Ludo. Roma. & moder. & alios in.l.etiā.
ff.ſolu.matri. & plenè per Andre. Sicu. in.d.c.3. de
dilatio. vbi dicit, quòd Bal. verius diceret iſto mo-
do, Contractus emphyteoticus dicitur ille, qui ſub
modica penſione datur ad meliorandum. ita dicit
Bal. in.l.1. C. de iure emphy. & videmus quotidie
emphyteoſim ad ſoluendum vnam libram piperis,
vel decem ſolidos. & dicit, quòd iſte eſt propriè
contractus emphyteoticus, quādo eſt & datur mo-
dica penſio, & vilis, & interuenit melioratio, poſi-
to quòd in contractu eſſent appoſita illa verba, lo-
cauit. quia verba debent intelligi ſecundum ſubie-
ctam materiam. l. ſi vnum. ff. loca. Si autem penſio
eſſet magna, adeò quòd cōmenſuraretur fructibus,
qui ex re illa percipiuntur, tunc præſumitur eſſe
locatio, & non contractus emphy. ex eo, quia re-
pugnat naturæ emphy. & ad hoc do. Andre. Sicu.
vbi ſupra adducit quod voluit Bal. in.d.l.1. C. de iu
re emphy. & dicit aliàs in facto conſuluiſſe Bono-
niæ, cùm fuiſſet domus in emphyteoſi ſub magna
mercede, adeò quòd non daretur maior ex locatio-
ne, quod debebat fieri remiſsio, ſi caſu fortuito non po
terat frui plenè domo illa. de quo plenè do. Andr.
Sicu. in.c. propter ſterilitatem. de loca. ¶ An cōtra-
ctus emphyteotic⁹ præſumatur eſſe perpetuus ſeu
temporalis, vide plenè And. Sicu. in.d.c.3. de dila-
tio. vbi belliſsime diſcutit hunc paſſum. ¶ Quæ-
8 ro de alia quæſtione, † plures ciuitates & villæ ſo-
litę ſunt affidare vel recipere aliorum animalia, ſeu
greges, vel pecora aliarum ciuitatum, villarum, vel
caſtrorum, & particularium perſonarū in paſcuis
ſuis certo pretio. Hi, qui ſoliti ſunt recipere alio-
rum animalia, ſeu pecora in paſcuis ſuis, nolūt de-
inceps dicta animalia affidare, nec alia, ſed volunt
vti paſcuis ſuis pro gregibus ſuis. Illi tamen, qui ſo
liti ſunt affidare, dicunt, quòd ipſis paſcua fuerunt
data in perpetuum, & probant paſturaſſe greges
ſuas per tempus.30.vel.40. annorum, & amplius:
propterea dicunt probaſſe præſcriptionē, quæ ha-
betur loco tituli. per capit. auditis. de præſcriptio.
& per ea, quæ dicunt doctores, & Barto. in.l. cùm
de in rem verſo. ff. de vſuris. & Bald. in. l. ſi certis
annis. C. de pactis. Item quia ius affidandi poteſt
præſcribi, ideo non poſſunt iſti prohiberi in poſte
rum. per textum in.l. venditor. ff. communia præ-
dio. vbi valet cōſuetudo oblato pretio, vt quis poſ-
ſit incidere ligna, vel quid ſimile in fundo alteri⁹.
vt.l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vendi. ¶ Idem di-
cimus, quòd ius coloni poteſt præſcribi. vt dicit
Bal. in.l. malè agere. C. de pręſcrip. triginta vel qua
draginta annorum. & eſt glo. in.l. litibus. in verbo,
colonorum. de agri. & cēſi. libro vndecimo. habe-
tur in.l. ne cui. C. locati. Lucas de Pen. in.l. cōgruit.
de locatione prædiorū ciuilium. libro vndecimo.
Barto. in. l. ſi quis conductionis. C. locati. & vltra
ſupradicta Matth. de Afflict. in deci. Neapo. 290.
numero ſeptimo. mouet in terminis iſtam quęſtio-
nem, & eſt, an vſus longiſsimi temporis noceat do
minis territorij. Et dicit, quòd do. Abb. poſt Ho-
ſtien. & Anto. de Bu. in.c. dilecti. ſecunda colūna.
de arbi. tangit iſtam quæſtionem, & dicit, quòd
ſi paſcua non ſufficiunt pro animalibus ipſorum
de territoriis, tunc non obſtante dicta conſuetudi-
ne vetuſta, vel præſcriptione, non tenentur eiſdem
ſolitis affidare amplius. argumen.c. ſuggeſtum. de
decimis. &.c. quid per nouale. de verborum ſigni-
ficatio. & capitulo ſecundo. §. vbi autē. de decimis.
in ſexto. Item quia prima charitas incipit à ſeipſo.
vt in. l. præſes. C. de ſerui. ¶ Hanc concluſionem
tenet gloſa in lege ſexta. titulo ſecundo. prima par-
tita. Et bene ad hoc faciunt quæ dixi in.l.62. gloſa
prima. ſupra. & quod Andre. de Yſer. in ſua pere-
grina. ſuper tertia conſtitutione Neapoli. titulo de
animalibus in paſcuis affidatis. incip. cùm per par
tes. numero ſecundo. vbi dicitur, quòd ſi ſtabularij,
& illi, qui publicè negociantur, habent poteſtatem
recipere & vendere cui velint. per.l. fi. in parte, his
tantum perſonis. C. de iure emphyteo. &.l.1. ff.
nau. cau. ſtabu. &.l. ſed ſi pupillus. §. ſed ſi denun-
ciauit. &.l. ſi quis municipiis. §. proculus. ff. de
inſti. ita dominus caſtri, vel alicuius loci poteſt
recipere quos velit, & quando velit in paſcuis
ſuis ad paſturandum greges ſuas, & non recipere
quando non vult recipere vel affidare. Itaque ſi in
ſupradicto caſu dominus paſcuorum diceret, & ve
rum eſſet, quòd vellet paſcua ſua pro ſe, & ſuis,
nec ea ſufficere pro aliis, non cogetur. nam ſi lo-
caſſet, ob cauſam hanc reuocaret. vt lege tertia. C.
de locati. nam iura dicunt, quòd omnis charitas in-
cipit à ſeipſo. ne fortè non ſufficiat nobis & vobis,
ite potius ad vendentes, & emite vobis. vt habetur
Matth. vigeſimo ſecundo. pro quo allegat dictā le-
gem. præſes. C. de ſerui. & glo. in verbo, negli-
gente. in capitulo. licet. de ſupplen. negligen. pręla. & glo. in verbo, ſpiritualibus. in capitulo. pe-
titio. de iureiurando: Dicit itaque Andreas de
Yſernia, vbi ſupra, quòd etiam ſi dominus pa-
ſcuæ, aliàs in ſuo territorio affidauit à tempore,
cuius non eſt memoria, omni anno, non com-
pelleretur greges in ſuo territorio recipere in
caſu

caſu ſupradicto. quod menti tene: quia ſæpenume-
ro contigit, maximè in locis domicilij mei, vbi nõ
ſunt alibi tot & tales greges vel pecudes, & ſunt
paſcua pro eis neceſſaria. & pluries in facto habui.
e ¶ Pagare. quid ſi alius ſoluit pro emphyteota,
vel cenſuario, an proſit emphyteotæ ſolutio. vide
plenè p Iaſ. in. l. 2. col. 22. ver. 25. C. de iure emphy.
vbi diſtinguit.
6 f ¶ Ciertos plazos. Nota, ꝙ † quando terminus
eſt cert⁹, debet fieri ſolutio in termino. aliàs debet
fieri in principio anni. vt per Bald. in. l. 2. C. de iure
emphy. & ibi in additione. ¶ Sed nunquid adue-
niente termino ſolutionis, debet requiri cenſualis,
vt ſoluat. videt ꝙ nõ, qñ termin⁹ eſt ſolutioni pre-
fixus: quia dies termini interpellat. l. magna. C. de
contrahen. & cõmi. ſtipula. & l. traiectitię. §. de illo.
ff. de actio. & obli. & hoc verum etiam ſi dies lega
lis & tacita. vt. d. l. C. de iure emphy. & authen. qui
rem. C. de ſacroſan. eccle. & c. potuit. d locato. & eſt
glo. in. l. mora. ff. ſolu. ma.

Adde. ☞ Idem dicit Bal. in. l. pacto quo pœ
nam. C. de pactis. vbi commẽdat gl.
in. d. l. ſi mora. ff. ſo. ma. & in rubrica.
C. de conſtituta pecu. & ibi dat Bal. aliam glo. in. l.
10 ſi duo. §. fi. ff. de conſti. pecu. ¶ Et nota. in hoc. ꝙ †
ſicut dies termini interpellat, ita & hora. tenet Bal.
in. l. 1. colu. 2. C. ne lice. in vna cau. ter. prouo. vi-
de. in. l. datio. §. fi. ff. de actioni. emp. & ven. & in. l.
11 ſi quando. 2. col. C. de teſti. ¶ Sed quęro † de vti-
li & quotidiana quæſtione. emphyteota ſoluit par
tem canonis in termino, deinde ceſſauit in alia par
te per triennium inter laicos, vel per biennium cũ
eccleſia, putà debebat ſoluere annua decem, & ſol-
uit quinq; tantùm: nunquid in totum poterit ex-
pelli à re emphyteotica: an verò pro parte tantùm.
☞ Aduerte, quia Spe. in ti. de locato. §. nunc aliqua.
ver. 29. latè examinat hanc quęſtionẽ, & multa iura
allegat ad partes, hinc inde. & ibi. Ioã. And. in ad-
ditio: finaliter concludit Spe. ꝙ per ceſſationẽ ſolu
tionis partis poſsit in totum expelli, niſi propter
paupertatem ceſſauerit, quia tunc in nihilo cadit,
dummodo paratus ſit ſoluere. & cum hoc videtur
Contra. ibi trãſire Ioã. And. ☞ Ipſe verò Spe. in ver. ſequẽ-
ti qui eſt. 30. tenet cõtrarium. ꝙ tantùm in parte ca-
dat. & mirandum eſt ꝙ Spe. ſic feſtinãter ſibi fue-
rit contrarius. tamen præcedens opinio eſt magis
communis. & eam tenet Iaſo. Mai. in. l. 2. col. 17. in
princi. ver. 16. C. de iure emphy. & ita cõſuluit Ol-
dra. Lan. conſilio ſuo. 29. & Bal. in. d. rub. C. de con-
trahen. emp. 10. q. & Albe. in. d. auth. qui rem. C. de
ſacroſan. eccle. & Imo. in. d. c. potuit. 39. col. de loca-
to. ¶ Et reſpondet ad omnia iura allegata in con-
trarium, maximè per Spe. & Ioan. And. in. d. verſi.
29. & ibidem etiam ſubdit notabiliter Imo. ꝙ ſi em
phyteota promiſiſſet pœnam centum, putà eo caſu
quo non ſolueret debitam penſionem, & ſoluiſſet
in parte tantùm, ꝙ nihilominus incidit in totã pœ
nam. ☞ Iſtud idem tenet Salice. plenè diſputans in
auth. perpetua. C. de ſacroſan. eccle. & Pau. de Ca.
in. l. in executione. §. pro parte. ff. de verbo. obli. &
ibi fortius tenet, quòd ſi totũ ſoluiſſet excepto vno
nummo, quòd poſsit expelli. ☞ Et ad hanc partem Nota.
Iaſo. vbi ſupra. addit notabilem glo. in. l. res bona.
ff. de contrahen. emp. quæ tenet, ꝙ ſi res ſit vendita
ſub pacto, ꝙ ſi die ſtatuto nõ fuerit ſoluta pecunia,
quòd res ſit inempta: quòd ſi vnus ſolus nummus
deſit ſolui, res erit inempta. & hoc verum.

Adde ☞ Idem tenet Oldra. conſi. 29. vbi di-
cit, quòd ſi emphyteota ceſſat in ſolu
tione partis, cadit à toto iure. allegat
iura & rationes. ☞ Idẽ & multo plenius tenet do.
Matth. de aſſli. in deci. Neapo. deciſione. 10. num. 1.
per totam deciſionem. & deci. 153. nu. 1. & . 4. vbi mo
12 uet, quòd † ſi plures collaterales ſuccedunt in em-
phyteoſi, poſsit dominus directus cõuenire vnum
quandoq; collateralium in ſolidum ad totum cano
nem, vel ſolũmodo, pro parte. & refert aliquos di-
centes, quòd ſicut plures emphyteotæ poſſunt in-
ter ſe diuidere rem emphyteoticam, & tunc quili-
bet tenetur pro parte ſoluere canonẽ. vt dicit Bar.
in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. &
in. l. ſi domus. §. fi. de lega. 1. ¶ Et idem quãdo ſunt
plures hæredes. vt firmant moderni ſcribẽtes in. l.
fi. 74. col. & ſequẽ. C. de iure emphy. ☞ Idem vide-
batur dicendum, quando plures collaterales euin-
cunt rem emphyteoticam iure congrui, & diuidũt
eam, vt quilibet teneatur ad canonẽ pro parte eum
tangente. ¶ Alij dicebant contrarium, ſi iſta erat
emphyteoſis eccleſiæ: quia fiſcus & eccleſia æqui-
parantur. vt notatur in. l. 1. de iure fiſci. lib. 10. Et fi-
ſcus tenẽtem fœcundum tributarium poteſt cõue
nire ad tributũ. l. fi. C. ſine cẽſu. vel reliquis. ☞ Hãc
æquiparationem faciunt moderni Papienſes in. d.
l. fi. vt refert do. Matth. de afflict. vbi ſupra. licet eã
non ſequantur. Sed referunt Ioan. de Imo. illam ſe-
quentem in dicto. c. potuit. 37. col. de locato. ☞ Pro
13 hoc facit talis ratio: nam † emphyteota inuito dño
non poteſt ſoluere canonem per partes, ſed ſemel
totum & integrum tenetur ſoluere. vt tenet Pau. de
Caſt. in. l. quidã æſtimauerũt. ff. ſi certum peta. ergo
nec hæredes debentes canonem poſſunt dicere ꝙ
14 volũt ſoluere vnuſquiſq; pro parte ſua: quia † obli
gatio ad canonem eſt realis, licet ipſi hæredes diui
dant inter ſe: tamen quilibet tenetur in ſolidum ad
cenſum. per glo. in. l. communi diuidundo. in ver-
bo, confundetur. ff. cõmuni diuidundo. quæ vult,
quòd ſi hæredes emphyteotæ diuiſerunt inter ſe
rem emphyteoticam, & vnus ſoluit pro parte ſua
canonem, & alter nõ, tota res incidit in cõmiſſum.
Iſtam glo. cõmuniter ſequũtur ibi docto. & Alex.
in. 2. volu. conſi. 7. in. 5. col. & Hoſti. in ſumma. in ti.
de loca. §. fi. verſi. quid ſi vnus ex pluribus. & Al-
be. de Roſa. in. d. l. 2. col. 9. C. de iure emphy. & ibi
moderni Papienſes. 30. col. do. Matth. de afflic. in. d.
deciſio.

deciſio.153. plura ſuper hoc allegat pro & contra. Tandem concludit, ꝙ ſi dominus cõſentit diuiſioni, ſibi præiudicat in hoc: quia ſi vnus ſoluit partem ſuam, & alter non ſoluit per biennium in eccleſia, vel triennium inter ſeculares, ſolùm pars nõ ſoluentis incidit in cõmiſſum, non autẽ pars alterius ſoluẽtis. & hoc ſentit Bar. in. l. fraudati. ff. de publica. ¶ Ideo in tali diuiſione procurẽt diuidentes habere conſenſum dñi. ¶ Si autem nõ interuenit conſenſus domini directi in diuiſione neceſſaria, ſicut eſt quando hæredes diuidunt inter ſe, vel collaterales vincentes rem iure congrui, tunc quilibet eorũ tenetur in ſolidum ad canonẽ. Et ſi vnus ſoluit partem ſuam, alter non per biennium in emphyteoſi eccleſiæ, vel per triennium in emphyteoſi priuati, tota res incidit in cõmiſſum: vt firmat Albe. de Roſa. in. d. l. cõmuni diuidundo. circa finẽ quæſtionis prædictæ, quã ibi hanc examinauit. ¶ Quæro an debeatur gabella ex tali venditione, vel cenſus im poſitione. videtur ꝙ ſic, per tex. in. c. illo vos. de pigno. vbi dicit Abb. 3. col. ꝙ venditio, quę venit reſoluenda in euentũ conditonis edictæ, poteſt dici pura. &c. ¶ De materia iſtius glo. vide Alex. in. l. mora. 6. col. ver. nota etiã. ff. ſolu. ma. qui allegat ad alias gloſas. ¶ Limita tamen hanc concluſionẽ procedere, niſi per errorẽ minus fuerit ſolutũ. per tex. notabilẽ in. l. quãuis rationes. ff. de conditio. & de. quem ad hoc reputat ſingularẽ Bal. in. l. pro hæredi tariis. 3. col. C. de hære. vel actio. vendi. ¶ Secundò limita ſecundũ Spe. in. d. ti. de loca. §. nũc aliqua. ver. 29. quando propter paupertatẽ ceſſaſſet ſoluere. & facit quod dicit idẽ Iaſ. in. d. l. 2. col. 18. C. de iure emphy. dicit tamẽ hoc non eſſe ſine dubio: & ꝙ pendet ab illo puncto, an difficultas excuſet morã vel pœnã. de quo per Bar. in. l. continuus. §. illud. ff. de verbo. obli. & in. l. quod te. ff. ſi certum peta. Et ad iſtam principalem quæſtionẽ vide tex. glo. & docto. in. c. ſuam. de pœnis. & quod habetur in. l. neceſſarias. §. ſi vnus. ff. de pigno. actio. & in. l. Lucius Titius. ff. de actioni. em. & quod habetur in. l. ſi ſeruus pluriũ. ff. ſi quis cau. & in. l. quã diu. C. de diſtra. pigno. & iſta ſunt verba Iaſo. vbi ſupra. ¶ Et vltra eũ vide Bal. in. c. 1. 3. col. in princi. ver. quæro vtrũ. de alienatio. feu. vſi. feu. vbi mouet quæſtionem, an propter peccatũ partis perdatur totum. Et cõcludit, ꝙ ſi peccatur in perſona, perditur totum: ſi in re, perditur pars. per. l. quidã in iure. §. fi. & ibi Bar. ff. de donatio. itaq; ſi peccatur in perſona, quãdo in termino non ſoluitur tota penſio, vera eſt cõcluſio ſupradicta. ¶ Sed quòd peccatur in pſona, quando in termino non ſoluitur, bene apparet ex. d. l. 2. C. de iure emphy. & ex. d. c. potuit. de loca. & melius in. l. 28. titu. 8. 5. partita. ¶ Tu limita tertiò, niſi facto iudicis impediatur emphyteota ſoluere, quia tũc excuſatur à pœna, & tunc impeditur à iudice quando interdixit vel prohibuit emphyteotã ne ſolueret penſionẽ propter delictũ commiſſum

Limi. 1. · Limi. 2. · Limi. 3.

per dominũ directũ, vel quia ad inſtantiã alterius interdixit tex. eſt notabilis in. l. fi. ff. de publi. & vecti. ¶ Quartò limita. niſi emphyteota ſit creditor domini ſui, quia ſi nõ ſoluit canonẽ infra terminũ. non cadit à iure ſuo, quia poteſt cõpenſare. tenent glo. & docto. in. l. ſi conſtat. C. de cõpenſatio. habetur in Spe. de loca ver. 129. & ibi Bal. in additio. ver ſi. emphyteota non cadit. Abb. antiquus in. c. bona fides. depoſi. idem Bal. in margari. verſi. emphyteota. ver. primo. ¶ Limita quintò, niſi emphyteota ſoluturus canonẽ, portans illũ derobaretur in itinere, quia tunc liberatur à cõmiſſo. vt per Bal. in. l. fi. vlti. col. C. de condi. inſer. ¶ Sextò limita, ſi dominus deceſſit ſine hærede, quia tũc excuſatur, ſi nõn reperit cui ſoluat canonẽ. tenet Bal. in. d. l. 2. in fine. C. de iure emphy. ¶ Septimò, ſi nõ ſoluit propter guerrã. vt tenet Bar. notanter in. l. interdũ. §. 1. ff. de acqui. poſſe. allegat. l. 1. C. de iure emphy. Idẽ tenet Ange. & Salice. in. d. l. 1. licet aliqui contra. vt habetur in additio. ad Bar. in dicta. l. interdum. ¶ Octauò, ſi hęres ignorans rem eſſe emphyteoticam, non ſoluit canonem, quia tunc reſtituitur in integrum ex clauſula generali, & liberatur à commiſſo. tenet glo. in. l. 3. C. de iure emphy. & Bar. in. l. cum filiuſfamilias. §. in hac ſtipulatione. & ibi Angelus & Pau. de Caſt. ff. de verbo. obliga. ¶ Et bene ad hoc facit regula. cùm quis. de regu. iuris. libro ſexto. nam cùm quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam habere prǽſumitur, ideo reſtituitur, vt ſupra ex clauſula generali. & Dinꝰ in. d. regula. in ver. quæri autẽ poteſt. mouet iſtam quæſtionẽ, an hæres emphyteotæ, qui ſoluerẽ ceſſauit eccleſiæ canonem per bienniũ, vel priuato per triennium, excuſari poſsit, & debet prætextu ignorantiæ. & dicit ꝙ per verba dictæ regulæ. cùm quis. & l. qui in alterius. ff. eo. bene excuſatur hæres. licet contra videtur. per tex. in. l. ad diem. ff. de verbo. obli. & l. Aemilius. ff. de minori. & l. vlti. ff. de nau. fœno. & concludit, ꝙ de rigore iuris poſsit delici à iure emphyteotico. vt in. d. l. ad diẽ. cum ſimi. ſed propter iuſtã ignorantiæ cauſam reſtitutio concedi debeat, per dictam regulã. cum ſimi. ¶ Sed quia ſupra dixi, ꝙ emphyteota ſoluens canonem pro parte tantùm, licet partem ſoluens, partem non, ſi ceſſet, priuatur iure ſuo in totum. adde Dinum, qui idem tenet in. l. etiam partis. de lega. 1. ¶ Limita tamen, ſi res data in emphyteoſim eſt indiuiſibilis, ſecus ſi diuiſibilis: quia tunc priuatur pro parte tantùm, vt habetur in Specu. de loca. §. 6. ver. 74. & ver. 29. ¶ Et dicitur diuiſibilis, quando facta diuiſione apud intellectum remanet in ſingulis rebus datis in emphyteoſim forma ſubſtãtialis. tenet Bal. in. l. 2. col. 1. verſi. vnde ſcias. C. de hæredi. actio. melius in. l. ſi plures. in principio. C. de conditio. inſer. dixi plenè in lege tertia ſupra. in parte, interuengan. verſi. item quia nihil. vbi aliquid de diuiduo & indiuiduo. & in capitulo. ſuam. de pœnis. per docto. ¶ An

Limi. 4. · Limi. 5. · Limi. 6. · Limi. 7. · Limi. 8. · Limi. 9.

¶ An autem, & quando hæres non ſoluens canonem cadat à iure ſuo. Vide per Bar.in.l.1.§. ſi aduerſus.ff.quando appella.ſit.per eundẽ in.d.l.1.in finẽ. C.de iure emphy.& in.l.2.C.de vendi.pigno.

Quæſtio g ¶ En comiſſo. Hic cadit notabilis quæſtio,& quotidiana. Emphyteota ceſſauit in termino ſoluere canonem, an poſtea dominus recipiendo pẽſionẽ videatur remittere ius caducitatis, ita ꝙ amplius prætextu dictæ ceſſationis non poſsit dñs expellere emphyteotã. Et quia dñs Iaſ.in.l.2.folio.12.col.1. ver.in eadẽ gloſa.pulchrè examinat hanc quæſtionem per.12.colũnas,& amplius,& multipliciter diſtinguit. vide ibi per eum. & latè per do.docto.de Pala.in repe.c.per veſtras.de dona.inter vi. & vx. ſuper rub.14.col.verſi. bene facit ad hoc.per glo.& docto.in.c.potuit.de loca.et cõdu.& per glo.& docto.in.d.l.2.C. de iure emphy. ¶ Pone etiam † ꝙ

15 Quæ. dñs directus petit rem datã in emphyteoſim propter in cõmiſſum:quia dicit emphyteotã penſionẽ nõ ſoluiſſe per multos annos,ſed emphyteota probauit ſe ſoluiſſe penſionẽ toto tẽpore præterito.tenet glo.ꝙ ſic in.d.l.2.C.de iure emphy.in parte,repellere.inquãtum allegat.l.quicunq;. quæ eſt.l.pe. de apochis publi.li.10. vbi dicit eſſe tex. Sed tu diſtingue vt latè per docto. ſignanter per Iaſo. in.d.l. 2.folio.14.col.2.ver.in eadem glo. per doct.& Bar. in.d.l.quicũq;.& per Bal.in.l.2.C. de dotis promi. per eundẽ in additio.ad Spe.in ti.de loca. verſi. 38. & in.l.1.col.19. C.qui admitti. & in.c. literæ.de dilatio. ad finẽ glo.in.c.eccleſia ſutrina. de cauſa poſſe. & proprie. vbi omnes dicunt,quòd ſufficit emphyteotam probare ſoluiſſe canonem tribus annis præteritis: dum tamen diuerſis annis ſolutionẽ feciſſet,ſecus ſi probauerit quòd vno contextu.

Adde. ☞ Idẽ dicit in deci. Tholo.q.235.& ibi plenè in additione.& do. Ioan. Fran. Balbus in tracta. præſcriptio.1. parte tertię partis principalis.in ver.quartò fallit.29.vbi dicit per.d.l.quicunq;.de apochis publicis. lib. 10. ꝙ ille,qui tribus annis proximis oſtẽdit ſe ſoluiſſe tributũ, vel cenſum, præſumitur vſq; retro poſtea ſemper ſoluiſſe, niſi probetur contrarium. Et dicit ꝙ illum tex.ad hoc reputat ſingularem Bar.& dicit aureum Bal.in.c.literæ.ad finẽ.de dilatio. Et ita per illũ tex.determinat glo.in emphyteota,ꝙ præſumitur ſemper retro ſoluiſſe, ſi probat ſolutionẽ trium annorum proximorũ in.d.l.2.glo.magna. C.de iure emphyteo. & Iaſ.in.l.ſi certis annis. ad finem.1. col.ver.adde ſimiliter.C. de pactis.plenè Alex.cõ. 116.incipi.magnifice prætor.1. col. circa finẽ. & ſequenti.3.volu.plenius Iaſo.in tracta. iuris emphy. 73.col.& ſequẽ.vbi ponit, an procedit generaliter in quolibet, qui tenetur ad annuam penſionem. & refert plures extollẽtes tex.in.d.l.quicunq;.& illũ multum exornat. ☞ Et limitatur ille ſolẽnis textus in.d.l.quicunq;.vt procedat, dũmodo probetur de tribus ſolutionibus ſeparatis quolibet anno. ſecus ſi facta eſſet vna opera vel confeſsio ſimul pro tribus.vt per Alex. in. d. l.quicunq;. in apoſtillis ad Bar.& per Iaſo.vbi ſupra.vt in.d.l.ſi certis annis.2. col.in princi.C.de pactis. ¶ Aduerte,quia Alex. in apoſtilla, de qua ſupra, limitat: niſi iſta ſolutio tertia eſſet facta vni ſemel pro anuis,quia tunc non præſumitur retro ſoluiſſe. ☞ Ex quibus verbis colligitur, ꝙ ſi iſta ſolutio trina non eſſet facta ſemel vni, ſed quia dñs directi dominij confitetur in vna apocha emphyteotam ſoluiſſe canonem ſibi debitum tribus annis præteritis, vnoquoq; anno ſuis tẽporibus,non vnica ſolutione, ſed tribus ſolutionibus,vel diuerſis,licet in vna apocha contentis, ꝙ ſufficiat confeſsio facta illo modo in dicta apocha, prout ſi in diuerſis apochis, trium annorum mẽtio ſolutionis facta eſſet. argu.eius quod dicitur de citatione in.l.cõſentaneum. C. quomodo,& quando iudex. vbi dicitur, ꝙ in caſibus,in quibus requiritur trina citatio, vel citatio tribus edictis, ſufficit ſi in vno pro omnibus fieret citatio:ſed ex hoc nõ reſultat præſumptio vltra citationem, quoad præcedentem citationẽ,prout debet eſſe in apocha diuerſis temporibus facta.ideo tene primum. ¶ Quæ- Quæ.

16 ro † vendens rem datã in emphyteoſi cadit in commiſſum quãdo tradidit illam. Alex.in.3.volu. cõſi. 91.col.2.ver.quinimo.& Andr.Sicu. in.c. potuit.3. col.ver.tu allega.& ver. ſed pone.de loca. tenent ꝙ non.pro quib9 eſt glo.in.l.licet. ff. de verbo. ſigni. Et non ſolum ſi non tradidit, verumetiã ſi traditam recuperauit.pro quo multum facit dictum Spe.ti. de ceſsione actionis.7.col.ver. ceſſat autem. vbi dicit, ꝙ ceſſat edictũ de alienatione iudicij. mu. cau. fac.quando quis rem alienauit,& poſtea recuperauit. ☞ Quod facit ad illos,qui transferunt res prohibitas extra regnum. nam per tranſitum perdunt illas tranſeuntes:ſi tamen recuperant illas antequam petantur,& condemnentur, euitant pœnam tranſeuntes, & hoc quãdo pœna non eſt impoſita ipſo iure,nam tunc nõ habet locũ pœnitentia, nec purgatio.vt.l.magna.C.de contrahen.ſtipulatio.de ſupradictis vide Alex.in.l.diuortio.§. ob donatiões. 3.col.ver.vnum nõ omitto.ff.ſolu.matrimo. ¶ Idẽ Extẽſio. eſt dicendũ in colono ſimplici,qui colit ita ſingulariter dicit Ange.in auth. de aliena. & emphyteo. colla.9. qui ſi probat ſolutionẽ, vt ſupra, liberatur. Et in hoc aſſimilatur cẽſuario & emphyteotæ, prout in multis aſsimilatur. vt tenent docto. in rubri. C.de iure emphy. ¶ Quia etiam poteſt expelli ſi non ſoluit locationem. vt.l.3.ti.8.quinta parti. & l. certi iuris. C.de locati. ¶ Et nota vnum ſatis ſingu- Nota.

17 lare, ꝙ † ſi duo haberent fundũ communẽ propriũ, vel in emphyteoſim, vel cõductum, qui egebat reparatione, vel refectione; & alter ſocius requiſitus vt contribueret in refectione, fuit contumax: vnde alter ſocius refecit in totum ſua expenſa, & poſtea ſunt elapſi quatuor menſes, ꝙ dictus fundus tranſit in ſocium reficientem, quia ille non ſoluerat partem

tem ſuam infra quatuor menſes.tex.eſt in.l. ſi duo-
bus.§. idem reſpondit ſocius qui ceſſantis.ff. pro
ſocio. & in.l.ſi vt proponis.C. de ædificiis priua.
tenet Fran. Cremen. notanter ſingulari ſuo. 97. &
Ange.iu.§.ſequens.penul.colū.inſti.de actio.idem
Ange.in.l.quidam hy
berius.2.colum. ff. de
ſerui.vrba præ.Barto.
in lege. quominus.

redad en commiſſo

17.q. ff. de flumi. ¶ Vltimò pro iſta particula po-
18 ne vnum ſingulare. Tu habes, quòd † mulier non
Nota ſingulare dictum. poteſt contrahere ſine conſenſu mariti, per legem.
55.cum aliis ſupra.mulier vendidit rem emphyteo
ticam ſine licētia mariti ſui, quo caſu venditio non
tenet. vt. dicta.l.55. an iſta mulier cadat à iure ſuo.
Tenet quòd non, quia talis contractus nullus non
eſt contractus. argumen. legis.3.§. condemnatum.
ff. de re iudi. ita ſingulariter dixit Bal. in.l.2.C. de
epiſcopali audi.idem Bal. in.l.2.C. de iure emphy.
2.col.& in.l.fi.4.col.C.de his qui pœnæ nomine.te
net Fran.Cremen.ſingulari ſuo.112.
h ¶ Que ſe guarde. Aduerte tu iuuenis, quia iſta
verba ſunt extracta de mēte.l.2.C. de iure emphy.
in princi.& ab his, quæ dicunt docto. ibi.& à.l.28.
19 titu.8.quinta partita.ſcilicet. quòd † pacta inita cum
Regula. cenſuario ſunt ſeruanda. vult dicere iſta lex, quòd
ſi eſt appoſitum pactum inter dominum cenſus &
cenſuarium, quòd ſi non ſoluerit cenſum intra an-
num, res ſuper quo eſt impoſitus cenſus incidat in
commiſſum, quod pactum erit ſeruandum, etiam ſi
pœna ſit magna, nec expectabitur bienniū vel triē
nium.quia pacta expreſſa remouent diſpoſitionem
legalis naturæ de triennio, vel de biennio. vt.d.l.2.
& ibi omnes doctores.& Bal. ibi primo notabili.

Adde ¶ Vide quæ ſuper hoc dixi in glo.1.
iſtius legis circa finem. ¶ Hinc dici
mus, ꝙ contractus guarētigiatus man
datur executioni, vel ex cōſuetudine partium. nam
ex conuentione contractus nomen accipiuntur.
¶ Hinc dicit egregiè Bal.in.c. querelā. de iureiu.
20 ꝙ † licet emphyteota eccleſiæ non ſoluēs canonem
Extēſio ſingularis & memoranda. ſingulis annis non poſsit expelli niſi elapſo bien-
nio. vt capitulo. potuit. de locato. tamen ſi iurauit
ſoluere ſingulis annis penſionem, & non ſoluit, ela
pſo anno poteſt expelli. Itaq; non ſolum conuen-
tio partium facit rem datam in emphyteoſim cade-
re in commiſſum ante biennium vel triēnium, ſed
iuramētum.quod probatur ex.d.c. querelam. nam
papa ibi non conſiderauit biennium.ſed iuramen-
tum, cuius tranſgreſſorem vult remoueri, ex quo
illud non ſeruauit: ergo non ſolum poſt biennium,
ſed ante biēnium poteſt remoueri & priuari iure
emphyteotico. ¶ Quod etiam tenet idem Bal.in.
capi.literæ.de dilatio.& Alexan.conſilio.126.inci-
pi.non puto id de quo quæritur. in primo volu.
Alia extenſio ¶ Item incidit in commiſſum, ſi elapſo anno & di
midio emphyteota eccleſiæ ceſſauit à ſolutione ca-
nonis, & prælatus eccleſiæ citare fecit eum vt ſolue
ret, & ipſe non obſtante citatione fuit contumax,
& non ſoluit, & cadit ab emphiteoſi, non expecta-
to biēnio toto, quia illa requiſitio operatur lapſum
ſex menſium. Ita pulchrè dixit Bar. in.l. locorum.
per illum textum de
omni agro deſerto li.
11.& cū illo dicto tran
ſiuit ibi Ange.et facit

que ſe guarde h el cō

ad hoc.l.qui agros.eo.ti. & cū illo dicto trāſiuit Io.
de Pla.ibi An.Sicu.in.c.3. de dilatio. quod dictum
reputat mirabile ex eo.quia. d.l. locorum.loquitur
in prædio tributario, & non in prædio emphyteoti
co.tñ Bar.extēdit illum tex.in emphiteoſim.qđ ſin
gulariter nota.pro limitatione dicti.c.potuit.& idē
tenet glo.in.l.28.ti.8.5.parti. per. d.l. locorum. alle-
gat etiā Alex.in.d.l.locorū.et ſic pertranſit. ¶ Idem *Extenſio notanda.*
dicit Bar.in.l.cognouimus.de mācipiis & colonis
patrimonialiū.li.11. per illū textum quādo eccleſia
cōceſsit fundū in emphyteoſim, in quo fundo qui-
dam ſteterat ad laborandū per maximū tempus, ꝙ
ſi emphyteota repellit illum colonū cùm bonꝰ eſ-
ſet, & aliū ſubrogat in locū eius, ꝙ debet emphyteo
ſi priuari.& ibi dicit illā legē facere ad iſtam quæ-
ſtionem. quod nota. ¶ Erit tamen in electione do
mini cenſus vel pēſionis petere rem ipſam, quę in-
cidit in cōmiſſum, vel penſionem tantùm. vt.d.l.2.
ver.ſi voluerit.& ibi Bald.C.de iure emphyteo. &
authē.qui rem.& ibi Bar.C.de ſacroſan.eccle.idem
Barto. plenè in dicta.l.2.C. de iure emphy. & in.l.
1.ff.ſi ager.vecti.

Adde. ¶ De hoc vide Alexā.3.parte cōſilio.
91.col.3.ver.præterea non eſt verum.
præterquam ſi res data in emphyteo-
ſim, vel ſuper qua cenſus erat impoſitus inundatio
ne aquarū factus eſt ſterilis, vel aliàs, quia tunc in-
uito domino venditor cenſus, vel emphiteoſis, po-
terit illum relinquere, & liberari à ſolutione cēſus,
vel penſionis.ita tex.in.l.2.C.de iure emphy.& in.
21 l.forma.§.1.ff.de cenſi. ¶ Quando † verò in ſolutio *Regula.*
ne cenſus vel penſionis non eſt terminus appoſi-
tus ſolutioni, tunc ſeruabitur natura contractus cen
ſus, vel emphyteoſis.vt.d.l.2.de iure emphy. & ibi
ſcriben.in principio.&.d.c.potuit.de locato.et com
duct.quia tunc militat tacitum, quando non inueni
tur expreſſum, & ſic expectabitur triennium inter
priuatos, vel biennium in emphyteoſi eccleſiæ. vt
ibi. ¶ Et ſi dicas quare non expectatur triennium,
quando terminus ſolutioni præfigitur, eſt pro tan
to, quia contractus ex conuentione partium legem
accipiunt.l.1.§.ſi conuenit.ff. depoſiti.&.l. in emp-
tionibus.&.l.in traditionibus.ff.de pactis.&.l. con
tractus quidem.ff.eo.& regula.contractus.de regu-
lis iuris lib.6.cum cōcor. ¶ Et intantum debet ſer *Extēſio*
uari natura contractus emphyteoſis, quòd ſi papa
per reſcriptū concedat emphyteotæ quòd propter
canonem non ſolutum non cadat à iure ſuo, non
valeret

valeret tale reſcriptum. Iſtud eſt ſingulare dictum Bal. in l. ſi à te. C. de pactis inter emptorem. & ven. refert & ſequitur illum Fran. tamen in ſingulari ſuo.

Nota. 106. ¶ Et ex ſupradictis dicit Bal. in rubrica. de iure emphy. & in l. 1. eo. ti. & And. Sicu. in d. c. potuit 8. col. in prin. ver. & concludit. ꝙ ſi in libello, vel in inſtrumento ponatur nomen vnius contractus, & effectu eſſet alterius contractus, iudicatur ſecúdum naturam illius cótractus, cuius effectus poſitus eſt.

¶ Ex quibus etiam dico, quòd contractus cenſus cum pactis & códitionibus, de quibus in l. iſta, conſequitur effectū contractus emphyteoſis: & iudicatur vt contractus emphyteoticus, & bene ad hoc facit. l. fin & quod ibi Bal. C. de iure emphy. & l. iuriſgentium. cum ſimi. ff. de pactis. vbi prætor iubet pa-
22 cta ſeruari. ¶ Quod eſt verū † præterquam ſi cen-
Nota. ſus nudo pacto ſit impoſitus, quia tunc non eſt ſeruandus etiam ſi ſequatur annua præſtatio. l. ſi certis annis. & ibi Bal. C. de pactis. & in l. 1. 4. oppo. C. de fideico. ☞ Nec obſtat. c. 1. de pactis. vbi ex nudo poteſt agi: quia procedit vbi non requiritur ſcriptura, ſed in caſu noſtro requiritur ſcriptura. vt. l. 1. C. de iure emphy. & ibi ſcriben. ideo. &c. & an iſto caſu requiratur ſcriptura, vide per docto. in d. c. po-
23 tuit. ¶ Et tunc nota, ꝙ † pactum nudum non ſufficit ad tranſlationē dominij. vt in Spe. de confe. §. 3. ver. porrò. ¶ Si tamen veſtitur cohærentia contractus, debet ſeruari. vt. l. legem. & ibi doctores. C. de pactis. & d. l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. eodem. latè per Feli. in. d. c. 1. de pactis. & ita intelligitur ſecundum aliquos. Sed tu vide Bar. in d. l. 1. C. de iure emphy & Abbatem. in. d. c. potuit. de loca. 1. col. in fine. vbi dicunt hoc non eſſe neceſſarium, vt in contractu emphyteotico interueniat ſcriptura. & ita intelligitur glo. in. d. l. 1. in verbo, ſcriptura. docto. & in. l. licet do. Iaſo. ibi. 3. col. ver. 5. nota. & 4. col. ver. in fine. ſentiat contrarium. quia tex. eſt hodie apertus in l. 28. ti. 8. 5 partita. vbi dicitur, quod cōtractus emphyteoticus debet fieri ad placitum partium, & dic nudo verbo, vel in ſcriptis cogita. ¶ Item quæro, emphiteota non ſoluit canonem intra biēnium, an poſt biennium poſsit moram purgare, & quando. Tex. in d. c. potuit. dicit, ꝙ celeriter poteſt moram purgare. & glo. ibi in parte, celeriter, in fine. dicit, ꝙ iſtud celeriter relinquitur arbitrio iudicis. & idem ſentiunt doctores ibi. Bal. tamen in. d. authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. dicit, ꝙ infra vnum diem ſecundum conſuetudinem antiquarum eccleſia. Sed tū hodie vide tex. in. d. l. 28. ti. 8. 5. parti. vbi dicitur, ꝙ elapſo biennio emphyteota poteſt morā purgare infra decem dies. ☞ Et per iſtam l. remanet hodie approbata vna opinio glo. in. d. c. potuit. de locato. & ceſſat altercatio doctorum, maximè Iaſo. in. d. l. 2. folio. 6. 4. col. in fine. ver. 29. vbi dicunt, an emphyteota priuati poſsit moram purgare. &c. &c.
Nota. 7. folio. 4. col. in fine. ver. 30. quæro. ¶ Vlterius aduerte ad vnū, quod eſt menti tenendū, ꝙ ad hoc vt res emphyteotica dicatur incidiſſe in cōmiſſum, quia non ſoluit canonem per biēnium, in priuatò debet ſic fieri computatio. pone ꝙ ſolui cēſum primo anno, ſecúdo anno nó, tertio ſolui, quarto non ſolui: an potero expelli. Reſpódeo ꝙ non, quia requiritur ceſſem per biennium vel triennium continuum. quia quandò dictio, per, adiugitur tempori, ſignificat continuationē temporis. l. vrbani. §. pernoctare. ff. de verbo. ſigni. ita dicit Bal. in authē. qui rem. C. de ſacroſan. eccle.

Adde. ☞ Ex quo vnū infero, quod eſt menti tenēdum, & aſsiduè habetur in practica. ☞ Nam dicit. tex. in. l. 1. ti. 5. lib.
24 octauo ordina. ꝙ † ſtās in excōmunicatione denunciatus per tempus. 30. dierum, incidit in pœnā ſexcentorum marobetinorum: ſi verò per tempus ſex menſium, condēnetur in pœnam ſex millium marobetinorum. nunc verò quidam excomunicatur propter debitum, abſoluitur excomunicatus ad petitionem creditoris per tempus. 15. dierū cum reincidentia ſi eodem tempore non ſoluit: ſed quia non ſoluit, reincidit in excomunicatione, in qua ſtetit per tempus. 20. dierum, & amplius. Iudex ſecularis ex officio, vel ad denunciationē alicuius vult iſtū debitorem codēnare, quia vult cōputare primum terminum in quo ſtetit excomunicatus ante abſolutionē cum reincidētia cum ſecūdo termino, quod facere nō poteſt per ſupradicta. ¶ Sed an emphyteota, qui non poſsidet, teneatur ad penſionē. Tene ꝙ nō, per ea quæ dicit Bar. in l. inter quos. §. damni. ff. de dāno infec. & Bal. in. l. ſolemnibus. in fine. C. de rei vendi. quia ex quo non habet cómoditatem rei emphyteoticæ, non tenetur ſubire onera ipſius. ☞ Sed iſta ratio non vendicat ſibi locum in eo, qui propter ſterilitatem non recolligit fructus rei datæ in emphyteoſim, quia tenetur iſte ſoluere pēſionē in totū, nec fiet ſibi remiſsio propter ſterilitatem. vt. l. 1. & ibi docto. C. de iure emphy. & in. d. c. potuit. vbi glo. de locato. ☞ Licet Bar. in. d. l. 1. ſentiat contrariū, cuius opinio in hoc impugnatur per omnes ibi. & in. d. c. potuit. ☞ Et eſt ratio, quia emphyteota non recepit cū fructibus fruitionē, aliâs functionem ſed præſtatur penſio in ſignum cuiuſdam recognitionis, & eſt quid modicum, vt patet propter conſuetudinem generalem: ideo ſi iſtud modicum non ſoluitur, res incidit in cōmiſſum tempore ſterilitatis, ſicut tempore hubertatis. vt per doctores vbi ſupra.

i ¶ La pena. Nota caſum, in quo pœna applicatur parti, non fiſco regulariter contra. per. l. 9. ti. de las penas. in or.

k ¶ Mas dela meitat. vt tenēt doctores in authē. qui rē. C. de ſacroſan. eccle. & in. l. 2. C. de iure emphy. dixi in glo. ſupra iſta. l. Et not. iſtā. l. in hoc, ꝙ per eam corrigitur glo. in. l. ſtipulatio iſta. in. §. 1. et in. §. alteri. ff. de verbo. obli. et glo. in. l. 1. C. de ſentē. quę
25 pro eo qđ intereſt profe. vbi dicitur, ꝙ † cū pœna ſuccedat

ſuccedat pro intereſſe, non põt poni maior duplo, quia nec intereſſe poteſt æſtimari vltra duplũ. corrigitur etiã lex ſtyli.247. ¶ Sed glo.in.c.cum deuotiſsimã.12.q.2.dicit, ꝙ etiam quadruplũ poteſt excedere. ¶ Tu dic, ꝙ dictæ glo.nõ corriguntur per iſtã l.nec ipſæ glo.ſe contradicunt, quia pœna cõuentionalis quanta cũq; ſit, debetur.vt in.§.alteri. cum ſimi. inſti. de inutilibus ſtipula. pœna tamen legalis non debet quadruplum exeedere. vt in.§.omnes.inſtituta.de actioni. iſta enim lex loquitur in pœna conuentionali, id eſt, quando partes conueniunt, ꝙ res incidat in commiſſum propter cenſum non ſolutũ. ergo.&c. ¶ An autem in foro conſcientiæ habeat locum pœna duplicata, vel quadruplicata vltra ſortem. vide per Dinum, & ibi in additione.in regula. Mora.in parte, oppoſitum verò. de regu. iur.lib.6.

trato y ſe juzgue por el, pueſto que la pe-

26 ¶ Et no. ꝙ † quando pœna apponitur à lege, ipſo iure debetur non ſolùm in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ. Illud aſſumptum probatur in cap.2.de præſcriptio.lib.6. & voluit do. Abb. in.c. 1.de conſtitutio. refert And.Sieu. in.c. Rainaldus. circa finẽ.de teſta. ¶ Et nota vnum, ꝙ iudex non poteſt remittere iſtam pœnam conuentionalem, quæ applicatur parti, vt habetur per gloſſ.& tenet Bal.in.l.2.C.de in ius voca. ¶ Fallit in caſibus notatis per Bar.in.l.quid ergo.in.§.pœna grauior. vltima col. ff. de his qui no. infami. pœna tamen legalis poteſt purgari vſq; ad ſententiam. vt.l. papinianus. §.meminiſſe.ff.de inoffi. teſta. &.l.alia. ff. de his quibus vt indig. tenet Lanfran. in.d.c. quoniam contra. in parte, poſitiones, de probationibus.Bal.in authen.habita.penul. col. in fine. C. ne filius pro patre.tex.& ſcribentes in.l. non ab re.C. de interdi.&.l.conductores.C.locati. ¶ Vlterius

27 quæro, † an ille, qui debet ſoluere cenſum ſuper ali- qua re, poſsit imponere alium cẽſum ſuper eadem re alteri ſoluendum. Bar. in.l.1.§. quod autem.el.2. ff.de ſuperficie. Idem Bar.& Bal.l.2.C.de iure emphy.loquendo in emphyteota, tenet, ꝙ emphyteota poteſt facere alium emphyteotam, ſed non dicũt an cenſuarius ſuper eadem re poſsit alteri cenſum imponere. attamen arguendo de cenſu ad emphyteoſim, & econtra, bene apparet, ꝙ poſsit imponi ſuper re, in qua cenſus eſt impoſitus. tenent docto. in.c.conſtitutus.de religi.domi. ¶ Hinc dicit Bal. in.l.1.§.item in fundo.ff.quibus modis vſufru.ami.

28 per tex.ibi, dum dicit, vectigalis. ꝙ † emphyteota poteſt inuito domino rem datam in emphyteoſim alteri in vſufructũ dare. ¶ Sed Ludo.Roma.ſingulari ſuo.620.tenet contra.per.l.generalem.nam lex prohibens alienationem, videtur etiam prohibere vſumfructum conſtituere. vt.l. fi. C. de rebus alie. non alie. quod dicit menti tenendum. Idem tenet Fran.Cremen.per.d.l.fi.ſingulari ſuo.85.

Sed time ſi non obſeruet formam poſitam in prag. 65. in curijs madrici. anno. 1528. et in curijs toleti anno. 1539. prag. 10. in ...

Adde. ¶ Tene cõtrariũ.nã appellatione alienationis, continetur etiã datio in emphyteoſim.itaq; prohibitus alienare, prohibetur rẽ in emphyteoſim dare. c.nulli.de rebus eccle. alie.vel nõ. ¶ Poteſt tñ res emphyteotica dari in dotẽ, inuito dño directi dñij. tenet Alex.3.parte.cõſi. 91.in prin.ſup quo, & de materia vide Bald. in.d.auth.qui rẽ.2.col.ver.quæro vlterius. C.de ſacroſ.eccle. ¶ Intellige extrauagãtes, de quibus hic facta eſt mẽtio, & alia ſuperius dicta, vt habetur in. l.127. edita in curiis de Madrid anno dñi.1534. die verò.22.mẽſis Decẽbris, per chriſtianiſsimũ Carolum quintũ Imperatorẽ, & regẽ noſtrũ, quę limitat atq; reſtringit ſupradicta iura. ¶ Iſtã concluſionẽ tenet Old.cõſi.ſuo.207. In quo conſilio principaliter mouet quæſtionẽ, an contractus ſit vſurarius, in quo quis ſe conſtituit alicui dare certã penſionẽ ad vitã pro certo pretio. Et cõcludit notãter per multa

na[i] ſea grãde, y mas dela meitad.[k]

